



AD TIT. VII.

DE TRANSLATIONE
EPISCOPI, (VEL ELECTI.)

TRACTATUS VII.

OHÆRET hic Titulus cum præcedentibus. Tractat generaliter de Translatione Episcoporum, vel consecratorum; vel electorum, & confirmatorum tantum, nondum tamen consecratorum: de quibus specialiter statim in duobus primis capp. huius tit. agitur. In titulis præcedentibus de Postulationibus & de Electione sæpius mentio sit Translationis, vt attigimus in tit. de Postulationibus: item in tit. de Electione sæpè occurrit mentio Translationum cap. 2. 4. & 13. quod desumptum est ex epistola 14. libri 5. Registri Innocentij III. nondum editi; in qua iura Translationum, his verbis exponuntur. Nobilem virum, Philippum Ducem Suanie mo-neatis, ut se predicto Archiepiscopo non opponat, quoniam Moguntinam Ecclesiam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus salubriter valeat gubernare: alioquin cum nullus Princeps Episcoporum Translatione se unquam præsumperit immiscere, Ecclesiasticam libertatem in hoc, & Sedis Apostolice dignitatem, quæ à Prædecessoribus nostris ad nos hactenus emanauit, nullatenus patiemur infringi: qua de re infra videbimus.

Quin & aliquando concurrunt simul Postulatio, & Electio, & Translatio, vt in eleganti specie cap. 40. de Electionibus; quam post explicationem capitulorum huius tit. subiiciemus.

Hunc verò ordinem sequemnr. Incipiemus à iure veteri. Progressum, & immutationem subdemus. Desinemus in explicatione usus, tam Gallicanæ, quam aliarum quarundam Ecclesiarum.

AD TRANSLATIONES, & mutationes Sedium, pertinent antiqui canones multi. Sed primus omnium occurrit can. 15. Concilij Nicæni, cuius sententiam explicat factum* egregium Eusebij Pamphilii Cæsareæ Episcopi, qui noluit transferri Antiochiam, licet à Populo peteretur, & Imperatoris Constantini, & Episcoporum gratiâ niteretur. Obiecit scilicet dictum can. 15. Concilij Nicæni, in Concilio quodam Antiochiae celebrato, paulò post Concilium Nicænum, acta & epistole aliud Concilium ibidem celebratum, quod vulgo in Encenii apollinaris Constantiellatur, & ante Sardicense, Sozom. lib. 2. cap. 18. Theodoretus in lib. 3. de eius

Origo, & pro gressus Translationum, in Ecclesia Occidentali & Orientali. * De quo vide.

vita cap. 57. 58. lib. 1. cap. 22. Niceph. lib. 8. cap. 45. sub finem. [In eo priori Concilio Antiocheno cum præualerent Ariani, Eustathius Antiochenus Episcopus depositus est, & in exilium electus sub Constantino, ac deinde iterum in exilium pulsus sub Constantio. Quin & in eius locum, cum Eusebius Pamphili in Sedem Antiochenam transferri recusasset, suffectus quidam Euphronius. Qui quidem Eustathius tertio tandem Bisyam Thraciae relegatus est à Valente. Plura quippe Eustathij exilia distinguenda sunt. Quare fallitur Baronius, qui Eustathium vult depositum, & electum fuisse sub Constantio, non sub Constantino. Tria namque exilia passus est Eustathius, sub Constantino, sub Constantio, & sub Valente. Aduerte vero Eusebium lib. 3. de vita Constantini cap. 57. & seq. ne ipsius quidem nominis Eustathij per odium meritis. De quo Eustathio vide Athanasium pag. 547. & 629. tomo 1. & quæ ad Philostorgium notauit Gothofredus pag. 14. 48. & 50. & in notis pag. 60. 61. 62. 155. & 165.] Græci porrò Interpretes dictum canonem 15. Concilij Nicæni, non intellexerunt liquidò.

Ad firmandam & sanciendam illius can. 15. observationem, videntur iterum promulgati can. 1. & 2. Concilij Sardicensis.

Hoc cap. 2. item explicatur ad calcem huius Tractatus.
Ex hoc cap. 2. desumptum est est cap. 2. supra de Electione, quod ad Electiones non pertinet, sed ad Translationes Sedium: quibus iunge canonem 17. Concilij Ancyrae can. 16. 18. & 21. Concilij Antiocheni, & can. 5. Concilij Chalcedonensis, iuncta omnino Actione xi. eiusdem Concilij: & canonem 17. & 18. Synodi in Trullo; quorum plerique referuntur à Gratiano Causa vi. Quest. 6. can. 19. 25. 26. 27. & passim: ex quibus colligimus, Concilio Nicæno, & Sardensi, generaliter & absolute, omnes Sedium mutationes, Translationes, & migrationes fuisse prohibitæ: non tantum Episcopis; sed etiam Presbyteris & Diaconis. Sardensi autem grauiori sanctione, & pœna coercitas, in odium maximè Arianorum, qui crebris mutationibus, & Translationibus, eo tempore, omnes Orientis Ecclesiæ perturbabant; tum ambitione, tum auaritia ducti; tum etiam, ut hæresim suam latius spargerent: exemplum secuti ducis Eusebij, qui primùm Beryti Episcopus; deinde Episcopatum Nicomediæ; postea Constantinopolis ambinit & obtinuit, ope Imperatoris Constantij, apud quem gratia plurimum valebat.

Eudoxij putà, Demophili & aliorum, de quibus vide Historiam Philostorgij, & eius Dissertationes pag. 382. & 385. Itemque Habetum in Pontificali Ecclesia Graecæ, vbi de Electionibus sub Constantio.

Quinetiam depositis Episcopis Orthodoxis, aliquando relegatis, imò & necatis, in eorum Episcopatus transferebant Ariani suorum partium Episcopos: vt constat ex Epistola Synodi Alexandrinæ, relata ab Athanasio in 2. Apologia de Fuga sua, & in epistola ad vitam solitariam degentes tom. 1. quibus adstipulantur, post diligentem causæ cognitionem, Episcopi Concilij Sardicensis, in Synodicis Epistolis Graecæ & Latinæ editis, præcipue sub finem; in quibus etiam pœnam grauissimam dicti canonis 2. in Eusebium, & aliquot Arianos, communi sententia Patrum pronunciatam reperimus. Ita Patres loquuntur in Synodica Graeca, οὐτειναι μὴ μόνον αὐτὸς Επίσκοπος μὴ εἴναι, αλλὰ μηδὲ κομιστας οὐτα τὸ πνῶν αὐτὸς εγμένειδ. in Latina, quam coniiciunt authenticam, separari ab Ecclesia Catholica, & alienis esse à no-

AD LIB. I. DECR. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. (VEL ELEC.) 173
mine Christiano. Quod & in dicto can. 2. ne Laicam quidem communio-
nem habere.

Quare frustrà Auxilius, Autor M S. quem ex Bibliotheca Papyrij Mas-
soni nactus V.C. Andreas Du Chesne, benignè nobis communicauit, in Trac-
tatu, quem scripsit eo tempore Leoni Nolano Episcopo, tam ad de-
fendendam causam Formosi Romani Pontificis, quam Ordinatorum
à Formoso, qui translatus fuerat è Portuensi Ecclesia in Romanam;
in illo, inquam, *Tractatus* frustra Osium increpat, & tanquam No-
uatiianum traducit, & reliquos Episcopos, quorum communi con-
fensu canones illi fuerant editi. Nam in Conciliis Romæ, & Rauen-
næ habitis, eodem tempore, sub Ioanne IX. in ipsius Formosi causa,
nominatim probantur illi canones, & verba referuntur; illa maxi-
mè, quæ notauit Auxilius, non solus, sed & alij multi, & pars
maxima Interpretum ad d. capitulum 2. de Electione: cuius cap. 2.
interpretationem in fine huius Tractatus subiiciemus. Verba Pa-
trum in causa Formosi hæc sunt. *Quia necessitatis causa, de Por-*
tuensi Ecclesia Formosus, pro vita merito, ad Apostolicam sedem pro-
uenitus est; statuimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nul-
lus assumat: præsertim cum sacri canones hoc penitus interdicant, &
præsumentes tanta feriant ultione, ut etiam in fine Laicam eis prohi-
beant Communionem.

Antiochenæ vero Synodi canones, non abscissè & generaliter,
Translationes omnes & mutationes reiiciunt, sed cum temperamen-
to aliquo. Referuntur & Nicæni, & Antiocheni canones in Synodo
Romana anni 853. sub Leone IV. in depositione Anastasij, Presbyte-
ri Cardinalis Tituli sancti Marcelli; cuius mentio in cap. 2. infra de
Cleric. non resid. qui & Leo IV. Antiochenos canones probauit, can.
1. Dift. xx. vt alio loco ostendimus.

Notandum tamen Synodus Antiochenam, in qua illi canones edi- Non omnes
ti, habitam fuisse ab Orientalibus tantum Episcopis Semiarianis: Ariani: imò ex
nullos ex Occidente interfuisse. In qua Synodo depositus Athanasius, 97. triginta sex
& multi canones oblique compositi, tam in Athanasium, quam in tantum Aria-
nos: quibus postea Patres Sardicenses canones con- nismo infecti
trarios ediderunt; vt ex hoc articulo, & ex comparatione canonum adfuerunt, Lu-
vtriusque Synodi colligere facile est; potissimum verò ex Nice- lius in epist. ad
phoro lib. 9. Histor. Eccles. cap. 13. pag. 701. Nec alia solutio queren- Orientales, A-
da videtur: pugnant enim manifestissimè canones Antiocheni cum thanasius ap-
Sardicensibus.. logia 2. Et Hi-
larius de Sync-

dis, Synodus Sanctorum vocat Antiochenam, & Basilium, qui interfuit, sanctissi-
mum virum. Postea tamen sententiam mutauit Hilarius. Vide infra, vbi de origine &
causa dissidiij inter Orientalem Ecclesiam & Occidentalem.

Et quidem meritò improbatas fuisse Translationes omnes illo tem- Translationum
pore, iudicabit, quicumque perpendet tumultus, & turbas ex depo- abusus sicut in
sitionibus, Translationibus, & mutationibus Episcoporum exortas; Occidentalitatem
maximè in dicto Concilio Antiocheno. Qua de re vide Socratem lib. & in Orienta-

tali Ecclesia frequentes refert
 Allatius de Ec-
 clesia Occidenta-
 lis & Orientalis
 consensione p.
 1147. & seq.

Sicut autem Occidentis Episcopi Antiochenos canones in plerisque respuebant; ita Orientis Episcopi Sardicenses canones non admittebant facile.

Quinetiam non multò post Sardicense Concilium, Gregorij Sasimori primū Episcopi, ut ipse Gregorius docet epist. 42. in Sedem Constantinopolitanam Translatio, licet ex iusta causā, & communi decreto plurium Episcoporum, improbata tamen fuit à plerisque Episcopis, in Concilio Constantinopolitano I. vt ex Socrate, & Sozomeno discimus. Et ex Catalogo Constantinopolitanorum Episcoporum, apud Leunclavium in iure Orientali, nominatim Ægyptios Episcopos eam improbabile constat: imò & Occidentales in Italæ Synodo habitâ post Synodum Constantinopolitanum, cui præterat Ambrosius. Ita enim loquuntur Patres in Synodicâ. Revera aduertebamus Gregorium nequaquam, secundum traditionem Patrum Constantinopolitana Ecclesiæ sibi Sacerdotium vindicare. De spontaneâ abdicatione Gregorij Nazianzeni, ex ipsius scriptis, vide quæ plenissimè collegit illustrissimus Baronius ad annum 381. num. 53. 54. 55. & seq. Adversarij Gregorij allegabant canones Nicænæ & Sardic. Synodi, quibus indistinctè omnes Translationes prohibebantur: quos canones Ecclesia Gallicana olim agnovit, & retulit in Concilio Arelatensi IV. can. 13. Nullus cuiusque ordinis Clericus, non Diaconus, non Presbyter, non Episcopus, quacumque occasione faciente, propriam relinquit Ecclesiam; sed omnimodis excommunicetur, aut redire cogatur.

Epistola Conciliij Italæ ultima, in appendice Codicis Theodosiani.

Ex iusta causa Translationes factas comprobat Nazianzenus in verbis Scholio 155. pag. 1343. tom. 2. in notis.

FVERIT HÆC VERA, & simplex Conciliorum dictorum sententia. Temporum necessitatib; & imminentibus periculis, accommodata est postea indulgentia quædam; vt tam secundum Antiocheni Concilij canones, quam usum veterem, ante Nicænam Synodum aliquando usurpatum, ex iusta causâ, Translationes admitterentur; causâ diligenter cognitâ, quoties necessitas, vel utilitas Ecclesiarum flagitaret. Alioquin reiiciebatur, & ad priorem Sedem, tanquam fugitiuus retrahebatur, Liberatus in Breviario cap. 21. Petentibus Principibus, ut Anthimum Papam (Agapetus) in salutatione & communicatione susciperet: ille fieri inquit posse, si se libello probaret Orthodoxum, & ad Cathedram suam revertere-retur. Impossibile esse aiebat, Translationem hominem in illâ Sede permanere. Vide Nov. 42. de Depositione Anthimi.

Causæ autem cognitio habebatur, in Concilio perfecto, siue pleno, πλειστη Συνοδη, id est totius Provinciae, præsente Metropolitanō, secundum canones Antiochenos supra citatos: quos notandum fuisse confirmatos, canone 5. Concil. Calchedonensis, si comparetur cum Actione xi. & xii. eiusdem Concilij, in quâ recitati sunt dicti canones Antiocheni, in causâ Stephani & Bassi, & secundum illos pronunciatum.

Eadem economiæ, seu dispensationis ratione, recte Iuo Carnotensis, in Prefatione doctissima Decreti ait, Romanos Pontifices, Translationes, quæ districtæ Apostolicæ, & Canonicis sanctionibus prohibite ante fuerant, maiori Ecclesiæ utilitati consulentes, fieri permisisse. Rectius, & sinceriùs, vt constat ex his, quæ diximus, quam Balsamo, & Græci recentiores, qui com-

mentis sunt distinctionem, inter ἐπέκεινην Invasionem, μεταβολὴν Mutationem, & usitatis Translationem. Nec enim ex canonum verbis distinctione potest elici.

Accommodata tamen est posterioribus canonibus: nec tantum ab Interpretibus Græcis, & Latinis; sed etiam multis Epistolis Pontificum, & Conciliis comprobata fuit.

Quamvis tandem hæc ita constituta sint, & vsu recepta; non tamen sine grauissimis controversiis huiusmodi Translationes, contra Canones admissæ fuerunt. Exemplum insigne suprà retulimus de Gregorio Nazianzeno, cuius Translationem improbatam fuisse, tam ab Occidentalibus, quam ab Episcopis Ægyptiis diximus: ideo ab Ægyptiis, quia sicut Meletius Patriarcha Antiochenus è Sasimorum Episcopatu Gregorium, Nazenum dictum transtulerat Constantinopolim; ita & [Petrus,] * Maximum quendam Episcopum Constantinopolitanum ordinauerat. Videntur Socrates lib. 5. cap. 5. in fine, & cap. 7. vbi Interpres non intellexit hæc verba, ὡς εἰν τῷ οἶκῳ. Ita verte, quod fines Diœceseos suæ transiliisset Gregorius, translatus Sasimis Constantinopolim. Idem Socrates cap. 8. eiusdem libri 5. vim dictionis satis exprimit aperte; & canon 2. Concilij Constantinopolitani: quibus adde Sozomenum lib. 7. cap. 9. Catalogum Patriarch. Constant. in Lure Orientali Leunclavij, & Nicephorum lib. 12. c. 10. ii. & 13. Tripartita etiam historia fallitur in illa dictione, τῷ οἶκῳ. Per factiōnēm tamen non tantum Ægyptiorum, sed etiam quorumdam Occidentalium, quorum non semel supercilium perstringit, queritur saepius hæc omnia peracta Gregorius Nazianzenus, & Canonum Nicænorum, & Sardicensium autoritatem non obscurè eleuat, mentem, & sententiam potius, quam verba inspiciens; sicut & Meletius, qui Gregorium transtulerat, Socrates lib. 5. cap. 7. & 8. apertius Theodore. lib. 5. cap. 8. Sozom. lib. 7. cap. 7. & Nicephorus lib. 12. cap. 10. & 11. Sasimorum Episcopum ordinatum fuisse Gregorium diximus ex eius epistola 42. & pleniū, versibus de vita sua; Nazianzi nunquam; sed tantum in Episcopatu Nazianzeno, patris sui Gregorij Adiutorem fuisse, rectè aduersus vetustum errorem illustrissimus Baronius probauit. Tomo 4. Annal. ad annum 371r num. 106. & 107.

Iterum eadem controversia renouata est in Translatione Procli, qui prius Cyzicenus fuerat Episcopus. Bis enim petita fuerat, & tandem obtenta. In qua obtainenda notandum Celestini autoritatem plurimum valuisse, vt docet Socrates lib. 7. cap. 34. 35. & 40. & ex eo Nicephorus: cui tamen loco ut veritas constet; ponendum est, Celestini litteras scriptas fuisse statim post depositionem Nestorij, ante Maximiani Ordinationem, qui prælatus est Proclo ab illis Episcopis, qui objiciebant Proclo canones supra expositos, quibus Translationes prohibebantur: mortuo verò Maximiano, Theodosij Iunioris autoritate & gratiâ: qui prudenter factus, ob primam repulsam, repentinam Electionem, & Translationem Procli fieri curavit, ut superiori titulo diximus; nondum humano Maximiano. Qua in re Celestini, licet demortui, litteras & autoritatem obtendit Theodosius. Hæc vera videtur mens Socratis, quam etiam expressit Nicephorus lib. 14. cap. 37. & 39.

Nec tamen inficiandum, ante Gregorium & Proclum, multos Epi-

Non transtulera-
rat; quando-
quidem nun-
quam Sasimis
sed sit: imò ea
nec salutavit.
Vide infra ad
cap. 2. de Ele-
ctione, circa ini-
tium.

* Supra pag:
140.

Procli proprié-
loquēdo Trans-
latio nulla fuit.
Destinatus enim
Cyzico à Sisin-
nio Episcopo
Constantino-
politano, à Cy-
zicensis admissus
non est, nec se-
dit vñquam, So-
crates lib. 7. cap.
28..

scopos, per universum orbem, iustis ex causis, fuisse translatos. Refert aliquos Socrates lib. 7. cap. 55. & ex eo *Historia Tripartita*, ex qua Auxilius in *Tractatu speciali*, de *Formosi Translatione*, Burchardus lib. 1. cap. vlt. Iuo in *prefatione Decreti*, & Anteri, [supposita] *epistola can. 34. Causa vii. Quest. 1.* quæ & refertur in *epistola Adriani II. ad Synodum Duziacensem tomo 3. Conciliorum Gallie.*

Multò plura exempla addiderunt Anonymus Autor in *Iure Orientali Leunclauij*, & Nicephorus *Ecclesiastica historia lib. 14 cap. 39.* qui & in fine meminit *Epistola Anteri*, & Calixti Romani Episcopi in suis *Decretis cap. 2.* ita enim legendum; male apud Nicephorum, *Celestinus in suis Decretis*: locus integer extat apud Gratianum *can. 39. dicta Causa vii. Quest. 1.*

Notandum tamen, falsam esse, & suppositam Anteri *Epistolam*. Quod enim ait, Eusebium de quadam parua ciuitate, Apostolica autoritate, mutatum fuisse Alexandriam, falsum est. Nullus enim inter Alexandrinos Patriarchas eo nomine appellatur in *Catalogo*, qui in fine Theodoreti *historiae* subiicitur, in *MS.* Nec reperitur in fine *Chronologiae* Nicephori. Præterea Eusebius, cuius meminit, fuit Signifer Arianæ factionis. Ita enim nominatur ab Hieronymo, in *supplemento Chronici Eusebij*; quem in Concilio Antiocheno in locum depositi Athanasij, Episcopum Alexandrinum Ariani constituerant. Sed cum intelligeret, se non acceptum fore Alexandrinis, recusavit Episcopatum Alexandrinum, & in Emisenum Translatus est. In dicta verò *epistola* præpostorè fingitur ab Emisa Translatus Alexandriam. Præterea ista *Translatio* post Anterum mortuum facta est; nempe sub Julio Pontifice: nec Apostolica autoritate, sed Eusebij tunc Constantinopolitani Episcopi. Felicis autem *Translatio Ephesum*, cuius dicta *Epistola* meminit, incognita est. Clausula vero illa, *autoritate huius sanctæ Sedis*; & in fine, *non tamen sine Sacro sanctæ Sedis Romanae autoritate*, insititia est, & desideratur, tam in dicta *epistola* Hadriani apud Burchardum lib. 1. cap. 77. quam apud Iuonem *parte 5. Decreti cap. 183.* & Nicephorum: quod & Romani Correctores notarunt. Légitur simpliciter, *Sacerdotum*, & *Populorum Concilio Translatus est Episcopus*. Falsæ similiter videntur merito Calixti II. & Pelagi II. *epistola*, quæ referuntur in eadem *Causa*, & *Questione*. Vide Socratem lib. 2. *Historia Ecclesiastica cap. 6.* & ex eo Nicephorum lib. 9. cap. 5. Erroris causam dedit Pseudanthero *Tripartita*, quæ lib. 4. cap. 9. generaliter, *Eusebium cognomento Emisenum*, constituerunt Episcopum in Alexandria; quasi fuisset Episcopus Emisenus, priusquam transferretur Alexandriam.

Ex locis itaque supra citatis, & ex canonibus 30. 35. & 37. *Causa vii. Quest. 1.* Colligimus progressum huius Iuris, qui est huiusmodi. Ante Nicænum Concilium, circa mutationes, & Translationes Episcoporum, & Clericorum, iure incerto vtebatur Ecclesia: quoniam ad constituendam, firmandam, & propagandam fidem, plurimum conducebant huiusmodi Translationes: quo referenda exempla Petri, qui ex Antiochia, se transtulit Romam; Narcissi Episcopi Hierosolymitanij, qui non tantum transtulit alterius Ecclesiarum Episcopum, sed etiam sibi

AD LIBR^I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSLAT. EPISC. &c. 177
sibi in Episcopatu socium coniunxit. teste Eusebio lib. 6. cap. 9. Ecclesiastica Historia.

Quæ duo postea canonibus Nicænis prohibita fuerunt, 8. in fine, 15.
& 16. Multa enim primis sæculis, diuinâ gratiâ, & dispensatione fiebant, quæ deinde in exemplum trahi non oportere, docuerunt pericula de nouo emergentia, ut supra ostendimus.

Postea modus certus impositus est Translationibus. Admissæ fuerunt iustis ex causis, propter utilitatem, vel necessitate Ecclesiarum, causa priùs cognita in pleno Concilio Prouinciæ, Metropolitanô præsente, & totius Prouinciæ Episcopis, ad petitionem corum, quibus ius eligendi competebat.

Procedente tempore, Patriarchæ primùm confirmandi, deinde faciendi Translationes potestatem, consuetudine, & longo vnu sibi vindicauerunt. Huiusmodi Translationum, à singulis Patriarchis, intra fines sui Patriarchatus exempla passim occurruunt, locis citatis, longè ante schisma inter Ecclesiam Occidentis, & Orientis.

Potiori ratione Romanus Pontifex, qui reliquis Patriarchis præsidet, similem in suo Patriarchatu autoritatem exercuit ab antiquo. In suo inquam Patriarchatu, qui latissimè patet; adeò ut non tantum Occidentem, sed etiam vtrumque Illyricum, Occidentale & Orientale contineat. In vtriusque Illyrici prouinciis Sedis Apostolicae vices Thessalonicensis Episcopus gerebat.

Est autem Thessalonica, Macedoniæ primæ, siue Consularis, Metropolis; quæ postea cum multis aliis Prouinciis, à Sede Apostolica, licet ei subiecta ab anno Domini 378. auulsa fuit, potentia & autoritate Imperatorum Constantinopolitanorum, qui Patriarchæ Constantinopolitano attribuerunt: sicut antiquæ Notitia Græcorum notauerunt, de Consensione & Miræus in Notitia Episcopatum Orbis Christiani; cautè tamen Occidentalis & legendus, quia sæpè labitur: iunge Leunclauium in Iure Orientali pag. 101. & Sirmundum in Propemptico parte 2. cap. 10.

addenda pag. 1365. & seqq. ex MS. Concilio Romano sub Bonifacio II. anno Christi 530.

Ex his constat, Translationem Perigenis à Patrensi Ecclesia in Anno circiter 420. Metropolim Corinthum, cuius Socrates, & alij supra citati memi- nerunt; à Romano Pontifice factam fuisse: intellige, Iure Patriarcho. lius Transla- Patras quippè, & Corinthum Patriarchatui Romano subiectas fuisse, tionis, & Con- Græci vel post Schisma fatentur.

Quod verò Socrates, & post eum reliqui, narrant de autoritate Cœlestini in Translatione Procli Constantinopoli Patriarchæ, confirmat, autoritatem summam, qua potiores fuerunt reliquis omnibus pag. 1371. & Patriarchis, Romani Pontifices. Ne tamen dicas confirmatam fuisse à seq. Celestino * Translationem Procli. Nam, vt supra docuimus, ante factam Translationem decesserat Celestinus.

hil scripsit, sed Translationes Episcoporum aliquando utiliter fieri posse censuit: quod autoritate fuisse potiorem non arguit.

Hoc amplius. Confirmat Pontificis autoritatem Translatio Germani, Cyzici primùm Helleponsi Metropolitani, ad Sedem Constantinopolitanam, auxilio Artemij, siue Anastasij Imperatoris: quod exemplum refert Auxilius *Tractatu de Translationibus cap. 22.* Addit Auxilius Decretum ipsum Translationis à Michaële Presbytero Apocrisiario, siue Responsali Romanæ Ecclesiæ pronunciatum fuisse. Desumpsit ex *Historia Miscella lib. 20. cap. 23.* in quo Decretum ipsum Translationis, notatu dignissimum inseritur. *Electione, & approbatione religiosissimorum Presbyterorum, & Diaconorum totius venerabilis Cleri, sacrique Senatus, & amantissimi Christi Populi, diuina gratia transtulit, &c.* Ita ut, per quos fieret Electio, per eosdem etiam & Translatio. Additur tamen in fine. *Facta est præsens Translatio in presentia Michaëlis, & reliquorum Sacerdotum, & Praesulum, sub Artemio Imperatore anno Christi 730.*

Facta Translatio anno Christi 715. Pulsus à Leone Germanus anno 730. mense Ianuario.

Quo vero iure Græci recentiores in Translationibus vni fuerint, vide quæ Zonaras, & præcipue Balsamo notant ad can. 15. *Nicanum inter omissa, in Appendice editionis Parisiensis pag. 110. ad can. 14. & 15. Apostolorum, maximè ad canonem 16. Antiochenum;* ubi Balsamo, notat, *Imperatorum autoritate, & mandato opus fuisse.* Pluribus exemplis confirmat Nicephorus lib. 14. cap. 39. in iure Orientali Leunclauij cap. de Translationibus sub finem pag. 193. Quibus adde, si lubet, Constantinum Harmenopulum in *Breviatione canonum tit. 4. in Iure Orientali pag. 5.* ubi & refert Synodicam Michaëlis Oxitæ Patriarchæ Constantinopolitani sub Emanuele Comneno.

Maneat itaque, iure veteri & nouo Translationes in Oriente factas fuisse, vel Metropolitanorum autoritate, vel Patriarcharum: adhibitam præterea fuisse Imperatorum autoritatem, præsertim in Maiorum Ecclesiarum, Metropolitanarum scilicet, & Patriarchalium Translationibus: quod & supra, Theodosij Iunioris, in Procli, & Artemij, siue Anastasij exemplis, in Germani Translationibus, docuimus.

Vide supra
pag. 87.

Non hæc voluit Iulius, cuius epistola etiamnum extat, sed auxit

Socrates lib. 3. cap. 13. Blon-

Tandem post varias & longas mutationes, omnes omnino Translationes per vniuersum orbem Pontifices Romani vindicauerunt; eo iure, quo maiores omnium Ecclesiarum Causas ad Sedem Apostolicam referendas esse contendunt: imò & Canones, & Concilia; generaliter, ad statum Ecclesiæ pertinentia quælibet negotia, absque Romani Pontificis consensu, tractari non posse Iulius Pontifex acerrimè propugnauit, contra Orientales Episcopos Antiochiæ conuocatos, sub Constantio, in causa Athanasij.

I M O I P S V M Athanasium, & reliquos Episcopos depositos in Synodo Antiochena, suis Ecclesiis; causa cognita, in consultis Orientalibus, & contradicentibus restituit, autoritate propria. Socrates lib. 3.

Origo & cau- sa primi dissi- cap. II. & 13. Sozomenus lib. 2. cap. 7. & 9. Nicephorus lib. 9. cap. 8. dij, inter Occi- summi Pontificis, in vniuersa Ecclesia potestatem, & autoritatem, dentalem, & quæ postea Sardicensi * Concilio plenissimè confirmata fuit can. 3. 4. Orientalem Ec- & 7. contradicentibus tamen Orientalibus. Hæc prima & antiquissima occasio diuisionis * inter Ecclesiam Romanam, & Orientalem,

vt constat ex locis citatis , maximè ex Nicephoro lib. 9 cap. 10. qui- * Imo inquit
bus iunge , quæ notauit Antonius Augustinus lib. 1. *Epitomes Iuris Blondellus* ni-
Canonici , tit. 9. 10. 11. & 12. vbi latissimè tractat de *Maioribus negotiis ad Pontificem Maximum referendis* , & de *Episcoporum mutatione*.

hil alienius ab ea , quam sibi hodie arrogat , potestate.

* Nihil tale in Sardicensium Patrum mentem venit , inquit Blondellus ; sed malè.

* Athanasium restituit , vt iudex à partibus delectus , non vt orbis Papa , inquit Blondellus ; sed malè : nisi occasionem ex eo deducere velit , quod Orientales ad Iulium priùs scripserant , cuius iudicio quodammodo omnia committentes . Sed id non sat is expressum in epistola .

Obseruandum tamen , quæ in hac materia , tam apud veteres Collectores Canonum Latinos , quam apud ipsum Augustinum , tribuntur Iulio epistolæ , falsas esse & supposititias. Illæ enim veræ tantum & germanæ Iulij epistolæ , quas Athanasius suis scriptis inseruit ; vel quas Græcæ Historiæ Scriptores , in locis suprà citatis retulerunt.

Summam verò illam Pontificis Romani autoritatem ingenuè agnouit Iustinianus in *celebri epistola* , quæ inseritur in l. 8. *Cod. de summa Trinitate* , cuius fidem & autoritatem Alciatus primò , deinde Cuiacius confirmauit lib. 12. *Obseruat cap. 26.*

Græci Patriarchæ nihilominus retinuerunt semper Transferendi potestatem , sicut & plenam Ecclesiarum suarum administrationem , ius deponendi Episcopos , & admittendarum renunciationum , inconsulto Pontifice: quam potestatem & autoritatem defendunt autoritate Conciliorum Nicæni can. 4. 6. & 7. præcipue autem Constantinopolitani I. can. 2. Ephesini can. 7. & Chalcedonensis can. 29. quibus iura Patriarchalium Sedium constituuntur , & describuntur ; contradicentibus licet Pontificibus Romanis , vt videre est , in *duabus ultimis Actionibus Concilij Chalcedonensis*.

Ad Antiochenum autem Patriarcham pertinet cap. 1. *huius tit. sumptum ex 111. collectione* , quæ Prima , autoritate publica , id est , Innocentij III. promulgata est , qui & omnium Decretalium *huius tit. est Autor.* Reperitur verò integra in lib. 1. *Registrum epist. 48. pag. 31. edition. Coloniensis* , quibus iungi debent eiusdem *libri epistolæ 49. & 498. pag. 519.* & *Gesta eiusdem Innocentij III. pag. 30.* quæ ad idem negotium pertinent.

V T V E R O species dicti Cap. 1. intelligatur , status Ecclesiæ Antiochenæ breuiter perstringendus , qui eo tempore ita constitutus Status Eccle- erat. Orientis pars magna erepta fuerat Saracenis , & Turcis , à Lasiaticus & Po- tinis Principibus , duce Godefrido. Omnes Provincias , quas acqui- liticus Patriar- suerunt , in quatuor Principatus diuiserunt : in Principatum Antio- chatus Antio- chiae , ita nominatum , à Boamundo primo Principe , qui in exerci- cheni , sub La- tu Princeps ab omnibus vocabatur ; in Comitatus duos , Edessa- tinis. num , & Tripolitanum , quæ tres Dynastia , in spiritualibus , Anti- cheno Patriarchæ subiiciebantur ; & postrem in Regnum Hieroso- Comitatus ex lymitanum , Iacobus de Vitriaco *Historia Hierosolymana cap. 30.* veteris disci-

plinæ præscrip- & sequentibus. Specialiter autem *caput* 32. continet statum Patriar-
to Antiocheno chatus Antiocheni, sub ea tempora: at distinctius & apertius expli-
Patriarchæ sub- catur à Guillelmo Tyrio *lib. 14. cap. 12. 13. & 14.* qui & ipse Tyrius,
dendus fuerat; primus numeratur inter Metropolitanos *xiii.* vel *xiv.* qui olim
sed Hierosoly- suberant Patriarchæ Antiocheno. Utique tamen fallitur, in redden-
mitano de facto da ratione, cur Antiochia, Theopolis postea fuerit appellata: nempe
subditus est post ingentem terræ motum diuina gratia sedatum, Antiochiam re-
maxima ex par- stitutam Iustinianus Theopolin cognominauit, Procopius de *Edificiis*
te. Nec aliud *Iustin. cap. 48. & Miscella historia lib. 16. cap. 2. in fine.*
factum testan-
tur Tyrius & Iacobus de Vitriaco.

* Rectè, olim: id est quandiu stetit imperium; nec Latini nouas in Oriente sedes fixerunt.

Non tamen Patriarcha Antiochenus omnes Ecclesiæ statim recupe-
ravit; sed eas tantum, quæ numerantur in veteri *Notitia*, à Miræo,
& aliis edita pag. 8. & seq. Reliquæ Ecclesiæ, vel à Græcis, vel à Sa-
racenis detinebantur. Quæ à Græcis retentæ, Patriarcham Græcum,
Antiochenum agnoscebant; qui tamen, Antiochia à Latinis occupata,
alibi coactus erat morari. Latinus verò, Antiochiæ sedebat, & Pon-
tifici Rōmāno obtemperabat; qui Innocentij III. tempore Radul-
phus II. nominabatur. Itaque omnia Rescripta Pontificum, quæ in
Decretalibus habentur, & ad Ecclesiæ Orientis pertinent, referenda
sunt ad id tempus, quo Latini rerum potiti sunt in Oriente, [& ad
Latinos ipsos.]

*Explicatio
Cap. I.*

IN SPECIE ITA QVE dicti capituli primi, Patriarcha Antioche-
nus, Apameensem Archiepiscopum à se confirmatum, necdum ta-
men consecratum, transtulerat in Tripolitanum Episcopatum, auto-
ritate propria, & inconsulto Innocentio III. quod factum irritat In-
nocentius III. ea ratione, quam supra [pag. 87. & 178.] explicauimus:
quia cum ex numero maiorum Causarum censeantur Translationes,
de his referri debuit ad summum Pontificem, qui *solus diuina po-
tius, quam humana autoritate, tanquam Dei Vicarius, vinculum spi-
ritualis matrimonij dissoluere potest.* Præterea, immunitam Maiestatem
Sedis Apostolicæ severissimè vindicauit. Nec enim tantum infirma-
uit Translationem; sed etiam Patriarcham Antiochenum ab Episco-
porum Confirmatione suspendit, & tripolitanum Episcopum Trans-
latum, ab executione Pontificalis officij. Ægerrimè tulit Patriarcha:
multis enim rationibus, quas ex supra citatis Innocentij III. episto-
lis licet colligere, rectè factam Translationem contendebat: primùm
iure communi, quo omnibus Patriarchis in suis Diœcesibus Trans-
lationes permissas esse ostendimus: deinde exemplo Prædecessoris sui,
qui motu propriæ voluntatis, *Mamistanensem* ita legendum, Ar-
chiepiscopum in Tarsensem Archiepiscopatum transtulerat. Utique
autem Archiepiscopatus in Provincia Cilicia situs est: de quibus
vide Guillelum Tyrium *lib. 3. cap. 21. & 24. & Notitiam suprà ci-
tatam.* Mouerat præcipue Patriarcham, quod ante Consecrationem
Translatio facta fuisset: nusquam verò expressum aiebat, de Electo

Confirmato, quod de Episcopo. Agnouit ipse Innocentius III. in cap. 2. hoc tit. usque ad nostra tempora de Electo non est expressum, quod de Episcopis fuerat institutum. Gestæ Innocentij id nominatum significant pag. 30. imò & in Canonibus, Ecclesia dicitur viduata ante Consecrationem Episcopi. Ergo nullum erat vinculum matrimonij spiritualis impediens Translationem. His argumentis sigillatim, & per partes, coniugij spirituali fortius esse vinculum, Innocentius respondet in hac Decretali, & in sequenti.

quàm carnis in cap. 2. hoc tit? An quia non moritur Ecclesia; morte verò mulieris soluitur matrimonium? Episcopatus unus & individuus: Ecclesia una, & individua: nec excisa Ecclesia soluitur à vinculo?

S I Q V I D E M caput 2. hoc tit. quod pertinet ad Galliam, in eadem Explicatio ferè quæstionē versatur. Agebatur de Translatione Electi & Confirmati, nondum tamen Consecrati. Ingenuè fatetur S. Pontifex, quod caustum fuerat de Episcopis, non fuisse expressum de Electis. Celestinus tamen apud Socratem lib. 7. cap. 4. vtrumque casum complexus erat, posse transferri, vel existentem, vel nominatum tantum Episcopum: εἰδὼν καλύει, τόν τι ἐτέρος πώλεως ὀρομαδέρτα, οὐ καταπέπειραι. Secutus verò videtur Innocentius Tripartitam Historiam, quæ multis nominibus meritò suspecta est, & mendosa. Et quidem in lib. 12. cap. 10. alterum tantum casum existentis Episcopi exprefserat: melius Nicephorus Callistus, qui vtrumque ex Socrate retinuit.

Primum autem *capitulum* differt à 2. Nam in eo agitur de Translatione Archiepiscopi valde noua: nempe Archiepiscopi Apameensis in Episcopum Tripolitanum, qui est Suffraganeus Archiepiscopi Tyrij: de Translatione maioris Dignitatis ad minorem; cum ditus Tyrio, soleant fieri de minori ad maiorem, cap. 1. de Clericis non residentibus. Itemque Archiepiscopatus, & Episcopatus suberant Patriarchæ Palæstinam Antiochæno. In cap. verò 2. sicut & in duobus sequentibus, de possederunt. Non fuit sub-translatione à pari ad parem. Nam in *capitis* 2. *specie* agitur de Translatione Abrincensis Episcopi in Episcopatum Andegauensem. Episcopatus autem Abrincensis subest Metropolitano Rothomagensi. Vtrique verò peccauerant: Rothomagensis; quia Electum, ac Confirmatum; à vinculo, quo tenebatur alligatus Ecclesiæ Abricensi, absoluerauot; Turonensis, quia in Andegauensem Ecclesiam transtulerat, & consecrauerat: uterque præter & citra mandatum Pontificis Romani. Quare uterque pariter suspenditur à Confirmatione & Consecratione Episcoporum: Translatus verò ab executione Pontificalis officij. Desumptum est d. caput 2. ex epist. 527. libri 1. Registri pag. 334. cum qua iungi debent epistola 438. 439 & 443. eiusdem libri.

Ex quibus, & ex cap. 2. huius tit. in antiqua Decretali, apertissime deciditur, quod & in cap. 1. huius tit. Electum & Confirmatum, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus ministrare posse, confirmare Episcopos, ut in specie dicti cap. 1. hoc tit. in quo legendum, ex

Palaeogr. Notitiis suprà citatis, Valaneensem Episcopum, vnum ex Suffraganeis Apameensis Metropolitanis.

Notandum tamen, Postulatum & Translatum Metropolitanum, in consulo Pontifice, non posse confirmare Episcopos: *Gesta Innocentij III. pag. 31.* Confirmatus itaque plenissimam habet administrationem; exceptis tantum his, quæ sunt ordinis.

Solent autem Translationes fieri, vel de minori ad maiorem, atque adeo ad Sedem Romanam; vel de pari ad parem. Huiusmodi Translationum diuersarum exempla plura refert Innocentius III. in *eleganti epistola 498. lib. 1. pag. 317. & 318.*

Clementer verò agit in *utroque capitulo* Innocentius III. quia licet graibus, & pluribus rationibus videretur idem iuris esse in Electis confirmatis, quod in Episcopis consecratis; nondum tamen fuerat expressum: tum etiam, quia erroris & imperitiæ veniam à Pontifice Episcopi humiliter petiuerant, & obtinuerant: ideoque autoritate Pontificis Translationes benignè confirmatae fuerunt, *priore consensu hactenus perdurante*, sicut per litteras intimatum est Pontifici; id est, Electoribus, qui primum postulauerant, iterato adhuc in eadem sententia manentibus.

Ex his apparet, Postulationem cum Translatione sæpiissime concurre: quod omnibus *capitulis* huic tit. confirmatur, & suprà indicauimus ad *Tit. de Postulatione*.

Explicatio

Cap. III. & ult. *SUPER SVNT Cap. 3. & 4. quod est vlt. huic tit. in quibus tractatur de Episcopo Hildesemensi, qui proprio motu, relicta sua Ecclesia, transierat ad Herbipolensem; inconsultis, tam Moguntinensi Archiepiscopo, cui uterque Episcopatus suberat, quam Romano Pontifice. Hoc negotium per aliquot annos exercuit aulam Romanam: & argumentum dedit non tantum duabus *Decretalibus* postremis; sed etiam capitulo 5. de *Maioritate & Obedientia*, & cap. illud de *Clerico excommunicato ministrante*: quæ ab Innocentio III. prodierunt.*

Caput autem 3. huic tit. sumptum est ex lib. 1. *Registri epistola 331.* Caput ultimum ex lib. 2. *epistola 262.* ex quibus aliqua plenius referuntur in antiqua *Collectione 111.* eodem tit. quibus iungi debent lib. 1. *epistola 568. & lib. 2. epistola 52. 262. & 272.* Conradus Abbas Vipsbergensis de bellis Philippi & Othonis, & ad annum Christi 1125. Plenius *Gesta Innocentij III. pag. 30. & seq.* Krantzius in *Metropoli lib. 7. cap. 9. & 17.* & Trithemius in *Chronico Hirsaugiensi ad annum 1201.* pag. 224.

Ex his locis, veram speciem *huic capituli* repetimus. Conradus, vir potens & industrius, Cancellarius aulae Imperialis, sub Friderico I. & eius filio, rebus gestis clarissimus, Lubecensis primùm Episcopus electus fuit, & confirmatus, nec consecratus; quia maiorem Dignitatem ambiebat. Quare Episcopatu Lubecensi sponte renunciavit, & postea Hildesemensem obtinuit: quo non contentus, Capitulo inducto ad Postulationem, ad Episcopatum Herbipolensem, qui & Vitzburgensis appellatur, titulo Ducatus Franconiae insi-

gnem, proprio motu transiuit: & sèpius monitus ab Innocentio III. non obtemperauit; sed in vtròque Episcopatu, temporalibus, & spiritualibus se immiscuit.

Perturbatissimus enim erat eo tempore status Ecclesiæ in Germania, propter bella inter Imperatores duos, Philippum & Othonem.

Othonem, vt suprà diximus *tit. de Electionibus*, Innocentius III. Imperatorem constituerat, electo Philippo, cuius partes Conradus tuebatur: quamobrem mirum non est, si cum eo egerit seuerè Innocentius III. sicut & cum Vormaciensi Episcopo translato in Moguntinum, autoritate Philippi, spredo Innocentio III. de quo in *cap. 23. titulo superiori*, iuncta antiqua.

Conradum itaque contumacem, & sèpiùs admonitum, secundùm canones, vtraque Ecclesia priuauit: vt secunda careret, quam auarè, & per ambitionem cupuerat; & prima etiam, quam per superbiam despexerat. Qui enim motu proprio ad aliam Ecclesiam transeunt, primò compelluntur redire ad primam. Quod si contumaciter retinere vel secundam, vel vtrámque contendant; vtráque spoliantur: quod *hoc nostro capitulo, & dicto cap. 23. de Electione, iuxta canones fieri dicitur*, qui extant *Causa vii. Quest. 1. can. 31. &c 32.*

Tuebatur autem se Conradus, prætextu dispensationis, siue veniam cuiusdam, quam à Celestino Prædecessore Innocentij obtinuerat; per quam ei in antecessum data erat facultas, transeundi ad maiorem Ecclesiam: cui dispensationi addita fuerat hæc clausula: *dum tamen, nihil ei de canonicis statutis obuiaret.*

Verùm dispensationis tenorem Conradus non seruauerat, qui seruandus est exactissimè; in his præsertim, quæ contra canones conceduntur. Ad maiorem enim tantùm permisum transire, non ad parem, vel minorem. Transiuerat autem Conradus ad parem. Quamvis enim ampliores sint redditus & prouentus in temporalibus; omnes tamen Episcopatus, titulo & dignitate pares existimantur.

Requirebantur præterea, tam Confirmatio Postulationis, quæ personæ examinatio: quæ si desideretur in Electione, multò magis necessaria est in Postulatione, quæ est extraordinaria, & contra regulas Iuris Communis. Dispensatio enim Celestini, ad id tantùm proderat impetranti, vt Postulationem admittere posset, & eius Confirmationem pro arbitrio obtainere, vel à proximo Superiore, verbi gratia, in nostro casu, à Moguntino Archiepiscopo; vel à summo Pontifice, vt rectè notauit Innocentius IV. & post eum, Ioannes Andræas *ad hanc Decretalem*: quæ tantùm haberet locum, seruatis verbis dispensationis, si ad maiorem Ecclesiam, non autem ad parem transiisset [: Si enim ad parem]; solius Pontificis Confirmatio necessaria fuit; [dispensationis verbis strictè sumptis, & prout concepta est, de facultate transeundi ad maiorem Ecclesiam, non ad parem.]

Negotij exitus hic fuit. Contumacem & renitentem Conradum, & utriusque Episcopatus redditus occupantem, in iniuriam & dam-

num Hildesemensis, qui iussu Innocentij III. electus fuerat, tandem excommunicauit Innocentius. Cum postea resipuisset Conradus, per Episcopos, & Optimates Germanicæ, Innocentium flectere tentauit: sed frustrà. Coactus est enim ipse Romam proficiisci, & veniam petere: quam tandem obtinuit. Quamvis enim Herbipolensi Episcopatu ita priuatus fuisset Conradus, vt etiam Canonici Herbipolenses priuarentur, pro hac vice, iure eligendi, quia Conradum illicitè postulauerant, & administrare permiserant, tam in spiritualibus, quam in temporalibus: prudentissimè tamen Innocentius III. distulerat Ordinationem Ecclesiæ Herbipolensis; locum veniae & pœnitentiæ relinquens. Itaque post annum, ex licentia Pontificis, iterato postulante Ecclesia Herbipolensi, transtulit Conradum, & eundem humiliatum erexit, quem exaltatum deiecerat. Vno verbo obedientiam sibi præstari volebat Innocentius, vt in hoc ipso negotio clarè exprimit in cap. 5. infra de *Maioritate & Obedientia*: vide *Gesta eiusdem Innocentij* pag. 31. vbi corruptè, Conradus appellatur *Castellanus Imperialis anla*; lege *Cancellarius*. Vitæ vero Conradi finis infelix, cuius cædes crudelissima refertur à Conrado Vrspergensi pag. 325. pleniùs à Trithemio, *loco citato*; qui & refert Innocentij III. *Bullas*, quibus continetur pœnitentia iniuncta cædis patratoribus, datas Romæ anno 1204.

Ad Cap. XL. de Electione.

ANIMADVERTIMVS SV.PRA, aliquando concurrere Electionem cum Translatione, & Postulatione; vt in specie *Capituli 40. de Electione*, & in *Rescripto* quodam Elegantissimo Eugenij III. relato ab Othono Frisingensi lib. 2. cap. 6. 8. 10. de *Gestis Friderici I.* vbi tractatur de Translatione Guicmanni Cicensis Episcopi in Magdeburgensem Archiepiscopatum. Cicensis autem, siue Cicensis Episcopatus subest Magdeburgenſi Metropoli, & postea Neoburgenſis, vel Nauburgensis, [siue *Naumburgensis*,] appellatus est, sede translata Neoburgum. Translationem autem illam Otho loco citato, potissimum autoritate Friderici I. ait factam fuisse, & prælatam tandem Electioni partis aduersæ: vbi è re nata tractat de *autoritate Imperatorum in Electionibus, Translationibus, & Inuestituris Episcoporum*.

At vt redeamus ad dictum cap. 40. de *Electione* suprà: sumptum est ex epistola 154. lib. 15. Registri Innocentij III. Vacante Sede Patriarchali Constantinopolitana, post mortem Thomæ Mauroceni Veneti, qui primus fuit Patriarcha ex Latinis, post occupatam Constantinopolim: pars Electorum Plebanum sancti Pauli Venetiis, elegerat; pars postulauerat Metropolitanum Heracleensem, qui primus est inter Suffraganeos Constantinopolitani Patriarchæ, & eum consecrat. Nam & olim ipse Patriarcha Constantinopolitanus suberat Heracleensi Metropolitanu.

In hac itaque controuersia dirimenda, quæ per tres ferè annos durauit, hanc commissionis formam præscribit Maximo Notario, Legato,

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. &c. 185

gato suo Innocentius III. epistola 153 libri 15. vt si duplo maior pars Electorum postulauerit, præferatur Postulatio Electioni minoris partis: dummodo nihil obstat Postulato de canonicis institutis. Præterea de eius persona diligenter inquire mandat. Ex quo notandum, licet dictus Metropolitanus antea probatus fuisset; iterari tamen inquisitionem, quotiesquis ad maiorem dignitatem promouetur.

Quod si indignum postulauerint, vel si non fuerit duplo maior numerus postulantum; præferri debet Electio Postulationi, si persona Electi fuerit idonea. Obserua quod ait tam de electo, quam de postulato, esse inquisitionem faciendam Venetiis, ubi nati fuerint, & diuersis conuersati.

Ita quippè conuenerat, occupata Constantinopoli à Latinis: vt Imperator ex Francis; ex Venetis verò eligeretur Patriarcha. Et quidem primus electus est Thomas Maurocenus. Sed eam conuentionem postea improbavit Innocentius III. ita vt coactus fuerit nouus Electus Roman proficisci, & ab Innocentio potius nouam concessionem, quam Confirmationem obtinere, dispensatiuè. Patriarcha verò Constantinopolim repetens, in transitu, per vim coactus est à Venetis iurare, se neminem facturum esse Canonicum in Ecclesia sanctæ Sophiæ, nisi Venetum natione, vel qui per decennium Venetiis moratus fuisset; præterea se omnibus modis facturum, vt semper in Ecclesia sanctæ Sophiæ esset Venetus Patriarcha: quo pertinet cap. 5. de Institutionibus infra: quæ est vera dicti cap. sententia, quam primus olim indicauerat Franciscus Roaldesius Antecessor celeberrimus; ex quo deinde clarissimi viri, Ioannes à Costa, & ex eo Berterius in libris Pithanon, & deinde reliqui certatim, eam tradiderunt. Vide epist. 18. lib. 13. Registri Innocentij III. & Notas.

Innocentius ait in d. cap. 40. Vice nostra, postulationem admittas. Speciali enim iure Pontifices, Episcoporum Translationes, Cessiones, sive Renunciariones, & Depositiones sibi reseruauerunt: adeo vt ea potestas Legatis eorum, etiam à Latere, & cum summa autoritate, non competit; nisi nominatim in mandatis comprehensa fuerint huiusmodi negotia, vel speciali concessione, & singulari mandato delegata; vt in specie proposita, Maximo Notario. Sed cum peruenire Constantinopolim non potuisset, iterum Pelagio Cardinali Legato à Latere specialiter hoc negotium commissum fuit ab Innocentio III. epist. 112. lib. 16. Registri. Per tres enim annos lis protracta fuit, super qua plures epistolæ rescripsit, quæ adnotantur ad epistolæ 154. lib. 15. & ad 112. lib. 16.

Confirmat apertissimè opus esse mandato caput 3. de Officio Legati, qui posteà de re tota referre ad Pontificem debet, vt Postulationem & Translationem ratam habeat cap. 2. & vlt. d. Postulat. & cap. 3. de Vsa & autoritate Pallij. Nec hoc Ius immutatum fuisse existimandum est capitulo 36. de Electionibus in vi. nullum enim in eo verbum de Translationibus Episcoporum; sed de Electione tantum ordinaria.

AD TRANSLATIONIS materiam pertinent Incardinationes, De Incardinatione differunt à Translationibus, licet pariter ad Dispensationis materias, quomo-

do differat à
Translatione:
& de origine
Commenda-
rum.

riam pertineant. De his tractatur in *canone Fraternitatem Dicit.* LXXX.
Can. Pastoralis 42. Causa vii. Ques. i. can. 5. & ult. Causa xxii.
Ques. i. qui loci omnes ex Gregorij Magni epistolis sumpti sunt,
[iuncta epist. 43. lib. i. eius registri:] *quibus adde can. qui plures,*
eadem Causa & Questione; cuius autor inscribitur Leo IV. quem praeceps,

Incardinari corruptelæ Commendarum autorem veteres & noui Interpretates facilius Gregorio dicunt, quos retulit Ruzæus initio *Tractatus de Commendis.* Eodem citur quisquis spectant Adriani II. & Ioannis VIII. epistola, quas suo loco explicabimus, vbi de usu Ecclesiæ Gallicanae. Græci verò, Zonaras, & modo licito præcipue Balsamo, hanc materiam tractant ad *canones Antiochenos* Sedi alicui afferentes. & 16. & 18. maximè in versione Herueti in *Supplemento ultima editionis* figitur, siue *Parisensis pag. 1127.*

electus, siue

postulatus, siue translatus, siue pristino loco exactus. Hinc Cardinalis siue Episcopus, siue Presbyter, qui incardinatur, id est radicatur; prout mentem suam aperit Gregorius; quisquis creditæ Ecclesiæ proprius Pastor censetur. Cum igitur vocabulum *Incardinationis non non posse sit;* de sola commendatione ad tempus intelligi non debuit, prout hic fieri videtur.

Canonum illorum sententia est. Vacanti Episcopo vel Clerico cuiuscumque gradus, ad tempus, Episcopatus, vel locus vacans commendabatur, id est, ad tempus concedebatur, autoritate pleni Concilij Prouinciæ. Sicut suprà diximus, Translationes eadem autoritate factas fuisse: nec enim proprio motu, Episcopi vel Clerici, Ecclesiæ vel locum, mutare possunt.

Vacans autem, hoc est σχολικὴ Ecclesia, vel Titulus dicitur, quoties viduata est Ecclesia, vel Titulus. Episcopus verò, vel Clericus σχολικὸς, vacans dicitur, qui ab Hostibus, Paganis, vel Hæreticis Sede vel Titulo expulsus est, vel quem contumaces Populi non admittunt, nec morari patiuntur in suis Ecclesiis, & Titulis. Si enim Hostes, Pagi, vel Hæretici, in Prouinciis, & Ciuitatibus, & Titulis suis patiuntur morari Episcopos & Clericos, & ministrare, sicut hodie in Oriente Turci, & ante Turcos Romani; tunc Episcopi vel Clerici Vacantes dici non possunt: nec per consequens, cadit in eos iusta causa dispensationis, nempe ut vel transferantur omnino, vel quo minus canonibus obstat, commendentur eis administrandæ ad tempus Ecclesiæ, vel Tituli; quæ commendatio ad tempus, propriè Incardinatio vocatur, id est, depositum Ecclesiæ vacantis, ad tempus, vel ex causa. Eleganter Niceph. Callistus lib. 12. cap. 11. *Histor. Eccles.*

Si quis Meletij de Gregorio Nazianz. mī παρεγγέλμαν τοῖς Επισκόποις εἴδει ἀπίστονεν.

aliorumque O- Ad tempus, & ex causa, diximus. Nam finito tempore, vel cestientialium Gre- sante causa, verbi gratia, hostili metu, & periculo evidenti, redire gorium Con- compellebantur ad priorem Ecclesiæ, vel Titulum, quem iure stantinopolita- quodam postliminij recipiebant: nec enim secundæ Ecclesiæ, quæ næ Ecclesiæ Commendata erat, Titulum usurpabant, nec appellabantur Episcopi, præficientium vel Diaconi illius Ecclesiæ, cui incardinabantur; sed tantum Cardina- mentem spec- les Presbyteri, vel Cardinales Diaconi: quia incardinabantur tantum, et, perpetuum id est constituebantur in secunda Commendata Ecclesia, ut ibi ad

tempus inferuiren, in eodem gradu, iisdemque Ordinibus, & Ministeriis, quibus in prima, ex qua expulsi erant, & cuius Titulum & si euentum; ad nomen retinebant; nec ab eius vinculo atque matrimonio spirituali, tempus communitati intelligebantur.

IN QVO maximè à canonica Translatione differebat Commendatio Ecclesiarum, siue Incardinatio. Nam in Translatione absoluuntur omnino à vinculo, quo adstricti erant priori Ecclesiæ, & cum secunda, in quam transferebantur, nouum matrimonium dispersatiuè contrahabant: in Incardinatione verò primæ Ecclesiæ vinculum & matrimonium durabat; secundæ autem administratio & ministerium concedebatur tantum ad tempus, ut diximus. Quare non debuit à Correctoribus Romanis Incardinatio confundi cum canonica Translatione, in dicto can. fraternitatem Dist. I xxi. ad quem tamen diligenter annotauerunt Correctores epistolas Gregorij, ex quibus dicti canones desumpti sunt.

Quoniam autem facilè in peius ruere, & labi solent omnia: partim Canonici Abex imperitia; verius ex ambitione & auaritia, sanctissimos canones, bates se fieri quos humanitas extorserat, Interpretes inflectere cœperunt ad Comendatas; quarum autorem aiunt, optimum Pontificem Leonem IV. tiam temporis cuius reuera non alia fuit mens, quām Gregorij I. Nempe propter bus Gregorij irruptionem & inuasionem Saracenorum, & deprædationem Siciliæ, Magni colligi- & maximæ partis Italiz, in gratiam Episcoporum, & Clericorum, tur ex can. 37. qui suis Ecclesiis expulsi erant, Commendationis, siue Incardinatio- 38. & 39. Can- nis remedium excogitauerunt: retinentissimi quippè fuerunt antiquo-sa xv. Q. I. rum canonum, quibus Translationes atque mutationes prohi- si cum integris epistolis iungan- bentur. Et sub Ca-

rolo Magno Clerici Palatij venabantur eiusmodi Abbatias. Locus insignis in vita Benedicti Anianæ pag. 29. & 30. & in notis pag. 43. & 44. Quomodo vero, quæ laicis concedebantur Monasteria, per Abbates sui Ordinis interim Ordinarentur, Episcoporum Diœcesanorum consensu, vide Concilium ad Theodonis villam tomo 3. Concil. Gal. can. penult.

Et quidem Scriptores vita Leonis IV. de huiusmodi irruptionibus Saracenorum meminerunt; & Leonis pietatis in restaurandis Ecclesiis. Tantum verò abest, ut Episcopo, vel Clerico Ecclesiam habenti commendaret aliam: ut in celebri Concilio Romano Anastasium Presbyterum Cardinalem deposuerit, quia in alienis Parœciis morabatur, propria relicta; ut constat ex dicto Concilio Romano, tomo 3. Conciliorum sectione 2. pag. 393. vnde petenda vera explicatio capituli 2. de Clericis non residentibus.

Duobus autem modis hodie abutimur canonibus antiquis. Incardinatus Episcopus, vel Clericus, in Ecclesia commendata, eo gradu, & ordine tantum inferuiebat, in quo in prima, ex qua pulsus fuerat: Imò aliquando atque id quidem non nisi ad tempus. Hodie verò non solum maiora, in perpetuum, & sacerdotalia, quæ vocant beneficia, commendantur: verùm etiam ut Actardus quæ Sacerdotalia vocantur; nec Sacerdotibus, sed Clericis tantum. Nannetensis Imò quod peius: Regularia, etiam non professis & Monachis: contra Turonibus,

Vera differen-
tia inter Incar-
dinationem, &
Translationem.

Frotharius Bur-
digalensis Bi-
turigibus Præ-
sul ab Adriano
secularia Monachis commendari solent ; & quidem in perpetuum,
non ad tempus.

Secundus abusus longè perniciosior est. Qui enim contra canones,
duo beneficia inuadit , quæ vulgò vocantur incompatibilia ; in frau-
dem canonum alterum in Commendam mutari curat , alterum in
Titulum retinet : quamuis vtroque pacificè vteretur frueretur , nec
vllum ex his ab Hostibus , vel Paganis occupetur. Quod primùm oc-
casione Translationum irrepere cœpit. Qui enim transferebantur sæ-
piùs à minori ad maiorem Ecclesiam , non contenti una dispensatio-
ne Translationis , aliam superadiiciebant. Nam Commendationis com-
mento adhibito , retinebant priorem. Exemplum huius nouitatis pri-
mum in Germania Kranzius lib. 3. cap. 37. in Metropoli , siue *Histo-
ria Ecclesiastica Saxonie* , refert ad Giselerum Mersburgensem Epis-
copum , qui Othonis III. Ruffi Imperatoris gratia & fauore transla-
tus est in Magdeburgensem Metropolim , & simul retinuit in Com-
mendam Episcopatum Mersburgensem. Subiicit Krantz. Id verò
etas nostra iam desit pro frequentia mirari, quodd passim cernimus, alteram alteri Ecclesia, in una persona accedere; ut habeat alteram in Titulum, alteram in Commendam. Sed non potuere tum pro rei nouitate placari homines.

Alterum exemplum. Absaloni translato in Lundensem Archiepisco-
patum , simul administratio Roskildensis Ecclesiæ , cuius erat Episco-
pus ante Translationem , fuit permissa , id expertentibus Populis , &
utilitate publica ; & accidente Summi Pontificis , causa cognita , dis-
pensatione solemni , Saxo Grammaticus lib. 14. *Historia Daniae*.

Inualescere paulatim , & crescere priuilegia personalia cœperunt : uti-
lis & popularis res visa est. Vnde ex luce nouo , contra Ius vetus , noua
Regula facta est. Ex qua tamen regula ius sumi periculofissimum ;
sicut ingenuè præstantissimus Baronius adnotauit , in Absalonis facto.
Regula illa noua refertur in cap. 54. *suprà de Electione* : vbi de dua-
bus Ecclesiis Parochialibus , quas constat esse incompatibiles , vnam
intitulatam , alteram commendatam habere licet. Vetus Gallica versio ,
une antitulée, & l'autre baillée comme en garde.

*De Origine, &
Vsu Translatio-
num, Incardi-
nationum &
Commendarum
in Gallia.*

Ex his constat , quām parcè , & raro Translationes admit-
terentur , potissimum in Gallia , vbi ab initio planè incognitas fuisse
ostendimus. Post longi temporis lapsum grauibus ex causis , causa
plenissimè cognita , aliquando admissæ sunt ; sicut & Incardinaciones ,
siue Commendationes Ecclesiæ. Qua de re in *Capitularibus lib. 1.*
*cap. 137. Ne de uno loco ad alium transeat Episcopus, sine decreto Episco-
porum ; vel Clericus sine iubitione Episci sui.*

Exempla duo insignia excutiamus Translationum , & Incardinatio-
num , quæ sub Carolo Caluo factæ fuerunt.

Primò , Actardi Nannetensis Episcopi , qui autoritate Episcoporum
Galliarum , & Caroli Calui , in Synodo Duziacensi , interueniente decre-
to Adriani II. translatus est in Turonensem Archiepiscopatum. Extat
decretum *tomo 3. Conciliorum Gallie pag. 398. Sicut Synodus ex-
Nota Cardina- postulanit. & Turonicus Clerus eum elegit concorditer; per nostre Aposto-
lem, id est pro- liga Sediti autoritatē, constituimus Cardinalē Metropolitanū,* &

Archiepiscopum Turonica Ecclesie, atque Provincia. Nota quod ait prius, non coniunctim Cardinalem Metropolitanum: respicit ad Incardinaciones, Commenda de quibus supra. Addit statim Metropolitanum, & Archiepiscopum: tum, sed titu quibus verbis significat, non tantum commendare Ecclesiam, sed latum, prout etiam transferre omnino; ita ut Actardo superstite, nemo posset ordinari nunc loquimur. nari Archiepiscopus Turonica Ecclesie, sed tantum post eius dece- Incardinatus sum. Coniunxit Incardinacionem cum Translatione: nec propterea dici potest, Nannetensis Ecclesie iura potestatemque subtraxit: imo vniuit Nan quisquis intro netensem Episcopatum, [seu potius reliquias laceræ & à Barbaris de nizatur; quo solatæ Ecclesie,] cum Archiepiscopatu Turonensi, exemplo Grego cumque id fiat rii I. can. 5. & 6. xxi. Q. 1. quam tamen vniōnem necessitatis vocat modo. Com Paganorum nempe Normannorum deuastatio exigebat; adde & Brittonum, qui nomine tenus, eo tempore, Christiani vocantur à Ponti tur introniza fice Leone IV. Nam sub Carolo Calvo Normanni, & Brittones rebellionis species lauerant aduersus Carolum Caluum, vniuersam Britanniam occu est alia; alia pantes. translatio. Hinc

Sicut autem debitum obsequium Carolo denegabant; ita & obedien Adriano Incar tiam Archiepiscopo Turonensi, cui Britannia in spiritualibus subest. dinatio & Con

In Turonensis verò iniuriam, autoritate propria Nomenius Dolen stitutio æqui sem Archiepiscopatum instituerat, & expulerat Antiquos Episcopos, parantur nouis in eorum locum substitutis. Et quidem in locum Actardi, Gis bardum quandam suffecerat; quem ideo Leo IV. in can. 10. Causa vii. Quest. 1. furem atque latronem vocat: in cuius inscriptione rectè viri docti restituerunt Nomenio, pro Vernoni; qui locus in editione Romana mendosus est.

Quin ad huiusmodi angustias Turonensis Archiepiscopatus redactus erat, vt duos tantum Suffraganeos vix retineret, Andegauensem, & Cenomanensem, qui multum vexabantur à Britonibus: à quibus iniuriis, nec ipsa Turonensis Ecclesia fuit immunis.

Eadem ratio hostilitatis, & vastationis suasit, vt olim Bremensis Episcopatus vniretur Hamburgensi Archiepiscopatui: de qua vniōne scripsimus ad tit. de Consuetud.

Confirmantur verò ea quæ diximus, de statu Britannicæ Ecclesiae in tomo 3. Conciliorum Galliarum pag. 69. 74. 140. 276. & 398. quibus illustrantur & explicantur canon 5. Causa 1. Quest. 7. can. 10. Causa pag. 218. & seq. 111. Quest. 6. & dictus can. 10.

De Actardi verò Translatione, seu Incardinacione, ita Flodoardus lib. 4. cap. 6. commemorans, quod gestum reminiscatur, super Actardo Nanneticae urbis Episcopo, quod eum Nicolaus Morinensi Ecclesie Vides idem ex postea censuerit præficiendum; ac demum in Archiepiscopatu Sedis Turonice Adrianus II. decreuerit Incardinandum. Vide quæ nuper de te esse, præf statu publico & Ecclesiastico Britanniæ nostræ scripsit doctissimus Sir cere, & incar mondus ad Capitularia Caroli Calvi pag. 12. 54. & seq. 106. & 113. in dinare. Notis; & quæ antea in eruditissimo Syntagmate Vignerius, De l'Estat de la petite Bretagne. Quibus adde, quæ in fine Tractatus, de Vsi & Autoritate Pallij.

Ex his præterea locis comprobatur, Metropolitani simul, & Con cilij Provincie autoritate, ad Regis, atque Electorum petitionem;

Pontificis decreto postremum interueniente, Translationes, & Incardinaciones factas fuisse. Breuiter Auxilius, *Tractatu*, saepius citato.

Aetardus quoque, de Taruanensi Episcopatu, Intronisatus est in Turonen-
Nondum im- si Archiepiscopatu, dante Imperatore Carolo II. & consentiente Papa
perabat Caro- Adriano II. Taruanensis autem, siue Morinensis Ecclesia, eadem
lus, cum In- est, quae Teroana Morinorum appellabatur, & suberat Archiepisco-
cardinatus Ac- po Remensi.

tardus. Impe-

xium enim iniit anno 875. Decembris 25. Ioannis VIII. anno 4. ineunte.

Extat & aliud insigne exemplum Translationis Frotharij Burdegalensi Metropolitani eodem ferè tempore. Frotharius, occupata Burdegalensi Ecclesia à Normannis Paganis, cum ab Archiepiscopatu pulsus fuisset, in Pictauensem Episcopatum primò, deinde Bituricensem Archiepiscopatum, à Ioanne VIII. Translatus est, & Incardinatus, ad petitionem & instantiam Caroli Calui. Notandum verò postremam hanc Translationem in Bituricensem Archiepiscopatum, post varias dilationes & moras, vix tandem concessisse Ioannem VIII. ut constat ex pluribus eiusdem Ioannis epistolis, quas selegit & inseruit Simeonius *tomo 3. Conciliorum Galliæ pag. 447. & seqq.* in quibus reperitur saepius illa clausula, *interueniente necessitate non modica barba-*
ra, & dispensatione cogente, loci, & temporis, Frotharium incardinari,
& transferri: tali verò necessitate remota, consuetudinariè ulterius non re-
quirendum.

Eadem forma, in Concilio Romano, sub Ioanne IX. ita probatur Translatio Formosi, de qua supra. Statuimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nemo assumat.

Quinimò, cum antea in Synodo Pontigonensi petiisset Frotharius transferri in Bituricensem Archiepiscopatum; quia allegabat se non posse consistere in Burdegalensi, propter infestationem Paganorum, *unanimitas Episcoporum nullatenus acquieuit.* Sed in illius Synodi initio dicitur, à Burdegala, ad Pictanos, indeque ad Bituricum, fauore *Principis, contra regulas se contulisse.* Postremò tamen, compos voti factus est à Ioanne VIII. fretus autoritate Caroli Calui.

His autem non obstantibus, accusatus iterum est Frotharius ab Episcopis Galliæ, & causam dicere coactus in Concilio Trecensi: ad quod Concilium ab ipso Ioanne VIII. vocatus est, epist. 112. & post accusationem, in Synodo ipsius Ioannis iussu lecti sunt canones, quos initio huius *Tractatus explicauimus*, contra Episcopos, qui Sedes suas mutant temerè: & Statutum ab ipso Ioanne VIII. promulgatum est: *Vt Episcopi, sicut & Laici quidam, qui priores Ecclesias; & coniuges reliquerant, & secundas superduxerant, ad pristinas Ecclesias, & coniuges redire compellerentur.* Statutum extat *tomo 3. Conciliorum Galliæ pag. 478.* iuncta *pag. 486.* ex qua colligitur manifestè, Frotharium causam dedisse Statuto.

Nec ægrè tulit Ioannes VIII. eiusmodi Incardinaciones reuocari, causa cessante, propter quam eas concesserat; licet in perpetuum concessisset vacantes Ecclesiæ. In quo recesserat, sicut & Adrianus II. à

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. &c. 201
veteri Incardinationum ritu , inducto sub Gregorio I. & Leone IV.
quas ad tempus factas fuisse probauimus : hac conditione nominatim
addita , ut cessante metu hostili , ad primam redire compellerentur.

Imò nec Ecclesiæ , cui Incardinati erant , vocabantur Episcopi ,
vel Archiepiscopi : sed tantum Presbyteri Cardinales . Adrianus tamen
II. & Ioannes VIII. vtrumque permiserant : Incardinationis nudum
nomen , & umbram retinuerant ; rem & effectum neglexerant.

Sed dicto Concilio Trecensi iterum in usum reuocati antiqui Ca-
nones : quos etiam paulò antè eadem tempora , & propter eandem
causam , irruptionis scilicet Normannorum , Nicolaus I. exactè serua-
uerat can. 47. Causa viii. Quest. 1.

Inter canones autem , quos lectos fuisse in dicto Concilio Trecen-
si , ex Aimoino lib. 5. cap. 37. & Concilis Galliæ d. pag. 486. tom. 3.
docuimus , numerantur Africani , quorum sententiam retulerunt . Ex-
tant verò integri in Concilio Carthaginensi I II. can. 38. in vulgari
Collectione , sub tit. Concilij Africani can. 15. in postremis & opti-
mis editionibus Canonum Africanorum doctissimi Lustelli can. 48. apud
Zonaram & Balsamonem tit. 52. & 53. Multum enim iuuat compara-
tio variarum huiusmodi Collectionum .

Inseruit Gratianus d. can. Africanum in can. 106. de Consecratione ,
Dist. i v. & can. 18. Causa ii. Q. v. ex quo præterea colligitur , si
Episcopus qui contra canones translatus fuerit , & saepius monitus ab
Episcopis , ex forma disciplinæ , redire tamen per contumaciam ad
primam Ecclesiam contemplerit , permitte Episcopis , aduersus contumaciam
adire Rectorem Prouincia , ut autoritate indicaria protinus excludan-
tur . Nec opus est depositione precedente , antequam ad Præsidem
Prouinciae eatur ; sicut ad hunc canonem , ex textu corrupto , Græci
communiscuntur . Frequentissimus enim erat , præsertim in Ecclesia
Africana , aduersus contumaces Episcopos , vel Clericos , ad Impera-
torem , vel ad Rectores Prouinciarum aditus & refugium .

Colligimus etiam , non facile admittas in Gallia Translationes , nisi
magna ex causa . Quod diu seruatum fuisse confirmat Translatio Ga-
lonis Bellouacensis Episcopi in Episcopatum Parisiensem : cuius Trans-
lationis causa summe notanda .

Quia Philippo Rege inconsulto , electus , & confirmatus fuerat in
Bellouensem ; iurauit Philippus , eum nunquam obtenturum Episco-
patum . Intercessione tamen Episcoporum placatus postea Philippus , in
Parisiensem Episcopatum vacantem , communi autoritate Episcoporum ,
& Paschalis I I. transferri Galonem curauit ; Iuo epist. 144. 145. 146.
ad quam vide Iurenum .

In dicta verò epistola 146. ita loquitur Iuo . Translationes Episcoporum ,
necessitate urgente , Metropolitanorum autoritate , & summi Pontificis dis-
pensatione , fieri oportet .

Regium etiam consensum interuenisse , ex iisdem epistolis constat , &
suprà probauimus tit. de Electione , & tit. de Postulatione , in specie
capituli 1. & 2. Eodem enim ferè iure in Postulationibus , Electioni-
bus , & Translationibus utimur , quod ad Personas eligentium perti-
net can. 27. Concil. Carthag. IV. vulgo dicti . Ut Episcopus de loco

Cum sub Gre-
gorio Incardi-
natione multi-
plex fuerit ,
multiplex etiā
ritus fuit .

ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: nec quisquam inferioris Ordinis Clericus. Sane si id utilitas Eccl siē fiendum poposcerit, Decreto pro eo Clericorum & Laicorum Episcopis porrecto, in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius Episcopo subrogato. Inferioris verò gradus Sacerdotes, vel alij Clerici, concessione suorum Episcoporum, possunt ad alias Ecclesias transmigrare.

A Populis in Principes, sicut in Postulationibus, & in Electionibus; ita & in Translationibus ius Suffragij & Consensus transiisse probauimus. Addimus Translationem Archiepiscopi Narbonensis in Rothomagensem, quæ habetur *tomo 2. Libertatum Gallicana Ecclesie tit. 16. pag. 385. & 986. in fine.*

Hodie, post Concordata, sicut Electiones, ita Translationes, solius Regis & Pontificis autoritate perficiuntur.

Eodem iure usus fuisse alios Reges, non dubito. Et quidem in Anglia, in quam constat mores, & leges nostras illatas à victoribus; nempe Regis autoritate, consilio & assensu Archiepiscopi, atque Episcoporum prouinciæ, in quam transferebatur, accidente autoritate Apostolica, & cum absolutione Archiepiscopi, & Episcoporum Prouinciæ, in qua primum sacratus fuerat. *Quod non passim & temere; sed cum magna causæ cognitione fiebat, Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ex professo, epist. 126. qui quidem diu obstitit postulationi Heruæ, qui à Bangorensi Episcopatu transferri desiderabat in Ecclesiam Lexouensem; eo pretextu, quia eius Episcopatus ita destructus erat, ut in eo manere non posset.*

Post obitum tamen Anselmi, gratia Regis fretus, translatus fuit in Episcopatum Heliensem, de nouo ab Henrico I. Rege, Paschalis II. & Anselmi autoritate constitutum, diuiso Episcopatu Lincolnensi, propter nimiam amplitudinem, in duos. Cuius creationis Acta re tulit Seldenus in *Notis ad Eadmerum pag. 209. & ipse Eadmerus pag. 95. 96. & 104.*

Translationis etiam Galtheri cuiusdam ex Lincolnensi Episcopatu in Rothomagensem Archiepiscopatum, meminit Guillelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 9. in qua ait, *ambitum loci celsioris de amore commodi largioris triumphasse.*

De aliis Translationibus in Anglia, vide Thomam de Valsingan pag. 139. & 376. in fine.

Tanta fuit etiam quorumdam Regum autoritas & potestas in Translationibus, ut aliquando, inconsulto Pontifice, eas facerent; quamvis eas irritas declararent Pontifices cap. 4. in *integra*, & 23. de *Electione* cap. 4. & 5. *suprà de Postulatione*: ad quorum intellectum iunge *Diploma* Bedæ Regis Hungariae inter *acta* Alexandri III. relatum: quo confirmat Institutionem Patris sui, qui Alexandro III. concesserat, quod absque autoritate, vel consilio Successorum Alexandri Depositiones, seu Translationes Episcoporum non faceret, vel fieri sineret.

POST TRANSLATIONEM Personarum, non alienum est alii-
De Translatio- quid subiungere de Translationibus Sedium: vtrum nempè liceat Epis-
ne Sedium. copo, Sedē principali, id est, Matrice, siue Cathedrali Ecclesia re-
licta,

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. &c. 203
licta, ad aliam Ecclesiam, vel eiusdem Ciuitatis, vel in Diœcesi constitutam transferre Sedem, siue Cathedram: qua de quæstione, quia Apud Balsamo-nihil omnino reperitur in hoc tit. aliundè repetemus ex Conciliis, & nem numero aliis Scriptoribus, potissimum ex Gratiano. Ad eam pertinent canones 74 refertur; in 21. & 44. v 11. Quæst. 1. & Glossa can. 48. & 49. xvi. Quæst. 1. & Graeca verò Col. Glossa can. 41. xv 1. Quæst. 7. [can. vlt. xxv. Q. 2. can. si quis 10. lectione, 71. & can. tribus 36. Dist. 1. de Consecrat.]

Ex Græcis verò Zonaras ad can. 74. Concilij Carthaginensis, & plenius Balsamo ad canonem 15. Concilij Nicæni in Supplemento pag. 4. & ad d. can. 47. Concilij Carthaginensis: quibus locis statuitur, non licuisse Episcopo mutare Sedem, & Ecclesiæ Priuilegia, nisi causa plenissimè cognita in Concilio. Addit Balsamo, Imperatoris Decretum necessarium, μετὰ βασιλικῆς εὐρεῖταις, καὶ συρρικῆς διαγνώσταις.

Diximus, *causa cognita*: nec enim facile permittitur. Causæ verò iustæ sunt, si diruta fuerit, vel ab hostibus occupata Ciuitas, in qua Sedes Cathedralis fuerat: tunc enim æquissimum, Sedis Translationem admitti, saltem ad tempus: sicut & ex eadem causa contingit aliquando duos Episcopatus vniri, & Episcopo liberum relinqui locum, in quo tutius & securius commorari possit. Ciuitati tamen, & loco, quem relinquit, vbi primùm constituta erat Sedes principalis, prospicere debet, quantum tempora sinunt; ne quid cultui diuino desit. Et ita explicanda puto vexata verba *canonis 44. Causa viii.* Quæst. 1. cuius autor Gregorius I. ibi: *illuc consuetudinem solemnum festum disponas. Illic*, id est in Sede, quam relinquis: vt idem Gregorius plenius in cap. 48. xvi. Quæst. 1. Ita sancè ut alteram Ecclesiæ, cui præsens non es corporaliter, sollicita &c. Confirmatur can. si quis vult 41. *Causa xvi.* Quæst. 1. vbi agitur de Translatione Monasterij in aliū locum: quæ quidem cum consilio Episcopi, & Fratrum, id est Monachorum fieri debet. Præterea in priori loco relinqui debet Presbyter ad ministeria Ecclesiæ.

Notandum autem falli Balsamonem, qui *canonem 15. Concilij Nicæni* existimauit pertinere ad Translationes Sedium. Evidentissimè enim probauimus suprà, ad Translationes personarum pertinere.

Translatarum verò Sedium exempla plurima occurruunt: & ne abeamus Gallia; Elusa diruta, translata est Sedes in Metropolim Ausciorum. E Magalonensi insula Sedes translata est in Montem Puellarum, *Montpellier*, autoritate Francisci I. & Pontificis, de qua Rebuffus in *Praxi* pag. 139. & in *Concordatis* pag. 494. Ex Antipoli Sedes translatâ est Grassam. Tareuanensi, siue Morinorum vrbe diruta, Sedes translata est Boloniæ Maritimam, & Morinenis Episcopatus in tres diuisus. In Britania nostra ex Aletensi translata est Maclouium.

In huiusmodi autem Translationibus, sicut olim apud Græcos Imperatoris, ita apud nos Regum rescriptis & autoritate opus est: quia potissimum ad eos spectat protectio & defensio Ecclesiæ & Monasteriorum: vide *tomum 2. Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ* tit. 35. num. 36.

Idem in Anglia factitatum. Nam Lundini Sedem Metropolitanam primò constitutam, Augustinus Dorouerniam, siue Cantuariam trans-

tulit. In Deuonia prouincia , quæ primū Cridiæ , siue Creditonæ Sedes Episcopalis constituta fuerat , Excestriam , quæ & Exonia , translata est circa annum 1409. Selseensem Sedem transtulit Cicestriam , sub Guillelmo Conquestore , & eius autoritate Stigandus : & sub eodem è Licfeldia Sedes translata est Cestriam à Petro quodam Episcopo ; cuius successor iterum Conuentriam transtulit. Quare non obstantibus huiusmodi mutationibus , illius Diœcœsos Episcopi passim & promiscuè Licfeldienses , Cestrenses , vel Conuentrenses appellantur. [Vnde meritò Robertus de Monte Nauali in *Supplemento Sigeberti* ait , *bunc Episcopatum habere tres Sedes , Cestensem , Conuentensem & Licfeldensem*. Ita locus legendus pag. 164.] Vix autem aliud Regnum plures mutationes Sedium suppeditat ; nempè propter immutatum sacerdūs publicum Angliæ statum : qua de re videndus diligentissimus Parkerus in *Prolegomenis de Antiquitate Britannica Ecclesiæ* , & obiter doctissimus Sirmondus in *Notis ad epistolas Petri Cellensis* pag. 13. & 20. [quibus adiunge nuperum editorem Matthæi Paris in *aduersariis & notis ad pag. 319.*]

Adde exemplum ex cap. 3. de foro competenti in 3. Collectione , quod scriptum est Turritano Episcopo.

Notandum etiam aliquando , non nouæ Sedis , sed primæ , siue antiquæ tantum nomen retineri. Insigne exemplum in Ecclesia Hierosolymitana. Christianis post excidium Hierosolymorum migrantibus Pellam ciuitatem Decapoleos trans Iordanem ; Episcopi tamen , qui ibi diutiū morati sunt , nomen antiquum & successionem Hierosolymitanorum Episcoporum , & seriem non interruptam conseruauerunt : vt ex Eusebio , & aliis Scriptoribus , docuit doctissimus Scaliger in *Animaduersionibus ad Cronicon Eusebij*. Idem Scaliger obseruat , Antiochenum & Alexandrinum Patriarchas , antiquum nomen retinere , quamuis in aliis vrbibus Sedes suas constituerint.

Postremò de Translationibus Canonicorum Regularium , Monachorum , Monialium , & Monasteriorum , alias erit locus dicendi lib. 3. *Decretal. tit. 31. 35. & 36.* Interim super ea quæstione studiosis excutiendos indicamus canones 40. 41. *Causa xvi. Quest. vlt. can. 2. Causa xix. Quest. 2. & canones 2. 3. & 4. eadem Causa Quest. 3. & Causa xx. Questiōnem 4.* Quibus iunge omnino Stephani Tornacensis *epistolam 1. & Iuonis epistolam 70 & in eam notas doctissimi Iureti.* Super ea materia D. Bernardi , Petri Venerabilis , Petri Cellensis , Goffridi Vindocin. [lib. 4. epist. 1. & in notis pag. 68.] & aliorum sententiam , & Tractatus scrutabimur aliquando accuratiū.

Ad Cap. II. De Electione.

FVGITIVI huius capitil sententiam exposuimus , [supra hoc tit. initio .] Interpretatione tamen accuratori videtur indigere , siue verba , siue sententiam spectes , siue vexatam sacerdūs à viris doctissimis quæstionem , de *Peregrina communione* ; an eadem sit , cum *Laica* , an diuersa ?

QVOD AD VERBA : Populi literas accepit : Græca , ἀπὸ τῆς οἰκίας . Deinde , plures eorum , qui sinceram fidem non habent , premio & merccede corrupti , ut clamarent in Ecclesia , &c. quam lectionem Diony-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. &c. 205
sius Exiguus retinet. Contra Codices multi , editi , & M S. legunt
paucos ; sicut & Græca editio , ex qua clausulam integrum adscribi-
mus , ὅλης πνεύματος μονοῦ καὶ πρώτης διαφανεῖται , εἰ τῇ Εκκλησίᾳ συ-
ναζεῖται , οἷς δίδεται ἀξιότατα , τὸ δὲ τέλος Επίσκοπον .

Sequitur in contextu , ita ut nec laicam in fine communionem , (nisi
de hoc pœnituerit ,) talis accipiat. Omissa parenthesi , breuiter in om-
nibus editionibus Concilij Sardicensis , Græcis , & Latinis : ὅτε μαν-
τία τοιοῦτον , τινὲς εἰ τῷ τίτλῳ , λαϊκὸν ἀξιότατον κατανοοῦσι . Græci Interpre-
tes , εἰ τῷ τίτλῳ explicant , εἰ τῷ ἔρθμῷ τοῦ βίου , εἰ τῷ δαράτῳ . Pœnam acer-
bissimam , & valde singularem notauit Aristenus , docente viro summo
Antonio Augustino , à quo reliqua petenda . Nam ex Concilio Nicæno
can. 13. ἐπόδιον , viaticum , in extremis posito nemini denegatur . Præ-
ter veteres , addendus Alcuinus libro de diuinis Officiis cap. 49. postremæ Alterius recen-
ditionis τῇ μαργαρίτῃ Andreæ Du Chesne . Addita ideò à recentioribus tioris esse exi-
verba , quæ parenthesi includuntur , nisi de hoc pœnituerit , desunt in stimat Blondel-
antiqua Collectione 1. edita , & M S. quām habemus . Adnotat lus-
doctus suprà faculti sui captum Ioannes Andreæ : nisi de hoc : istud
olim erat Glossa . Alanus , Vincentius & Goffredus non aduertentes hanc
Literam , posuerunt illam Glossam . Retinuit Raymundus . Versio Gal-
lica M S. ex eo ; Si que cil ne fet de ce penitence , qe il ne soit pas co-
meniés à la fin . Hactenus de verbis .

Q VOD A D S E N T E N T I A M . Tam in Electionibus , quām in
Translationibus , Cleri , Ordinis , & Plebis Suffragia iusta & legitima
interuenisse , & ante & post Concilium Nicænum , etiam in Oriente pro-
bauimus : & can. 4. Nicæni Concilij de Consecratione Electi , à tri-
bus Episcopis facienda , esse intelligendum . In quo χειροτονίας verbum ,
non de Electione , sed de Consecratione , siue Ordinatione Episcopi
acciendiūdum , confirmat locus insignis Gregorij Nazianzeni ex ora-
tione 19. in funere Patris , ab eo habita coram Basilio Magno . De ip-
sius Basilij Electione & Consecratione loquitur . Εὐχετήσατε , οἱ εὐθύνοντες ,
Χριστοῦ τὸν λαόν . Τοὺς ιερέας , τὰς πατριαρχὰς , γὰρ θρησκευμάτων , &c. quæ ad
Electiōnē spectant . Subiicit deinde ea , quæ ad Consecrationē :
Επιστολὴ Κανονικὴ ἑστηκεν τὴν χειροτονίαν ἀντῷ , λείποντος ἐπὸς τῷ αριστερῷ τῷ
ἀντικαρπεῖσθαι , &c. Intelligit Concilij Nicæni . d. can. 4.

Sicut autem iusta Suffragia comprobata , Synesius epist. 67. & 76. &
ad eas Interpres : ita etiam seditiones populi voces , acclamations
plebeculæ , & factiones reiectæ semper & damnatae ; de quibus in
hoc c̄p. πληθῶς , ὄχλος , plebeculam , vulgus ignobile significat . In 1.
can. Sardicensi mutationes Sedium , per auaritiam , aut ambitionem
factas , Patres damnauerant : in 2. ex quo caput nostrum sumptum est ,
grauius coercēt Mutationes Sedium , quæ per Simoniam , redemptis
plebeculæ votis , & per acclamations populares fiunt , data pe-
cunia .

Huiusmodi acclamations , quæ vim , dolum , & metum admixtum
habent , etiam Legibus improbantur , & per eas facta irrita sunt . Quin
& manumissiones inutiles l. 17. ff. qui & à quibus . Vetus fragmentum
in fine Cod. Theod. Nec per eas Innocentes condemnari debent , vel

Vide supra
tractatu de E-
lect. pag. 113.
& 114.

noxij crimine absolui l. 12. Cod. de Pœnis. Quam in rem obseruatione dignissimum Rescriptum Hadriani pro Christianis, Minucio Fundatio Proconsuli Asiae, à Iustino Martyre primùm relatum in fine Apologia 2. Ipsa verba Rescripti Latinè retulisse Iustinum scribit Eusebius lib. 4. Historia Ecclesiast. cap. 8. in fine, & ea Græcè vertit cap. 9. Latina perierunt. Superest Eusebij versio in d. cap. 9. quæ postea subiecta est in fine d. Apologiae 2. Et quidem ex Epistola Proconsulis, & Relatione ad Hadrianum hæc notanda, βοῶς διηγεῖται οὐκέτι αὐτοῦ; & ex Rescripto, τοῦ βίου, pro tribunali, & in Iure, ἐν ἀξιωσύνῃ, οὐδὲ πόνοις βοῶς κατηγορεῖται. Ruffinus eleganter vertit: (fortè in autographum Latinum inciderat) *Precibus autem in hoc solis, & acclamacionibus uti, eis non permitto.* In l. 12. ff. de Appellat. & Relat. ipso Iure nulla declaratur Duumiri creatio, nullo actu ex lege habito solemniter; sed tantum vocibus popularium: licet factiosæ postulationi consensisset Proconsul.

Mirum itaque non est, si Electiones, vel Translationes, & similia extorta ad acclamations plebis, irritæ sint; præcipue si pecunia interuenerit. Exempla extant insignia apud Scriptores vita Chrysostomi, de depositis Episcopis sex Asianæ Dioceſeos, qui data pecunia fuerant electi à seditiosa plebe. Accuratè Palladius iudicium & cognitionem Chrysostomi retulit cap. 13. 14. & 15. Itemque in Concilio Chalcedon. Actione II. in causa Bassiani, & Stephani, de qua pluribus infra.

Reliquum est, vt Sanctionem canonis explicemus, quæ seuerissimam pœnam infligit; viatica, laïca communione, etiam in fine interdicit.

Suasit, vt initio huius Tractatus ostendimus, summa perturbatio, & αἵρεται Ecclesiarum ab Arianis inducta, qui subinde Sedes mutabant temerè, erroris spargendi cupidi. Nouæ itaque pœnæ aduersus noua crimina fuerunt excogitandæ. Verum, quod amat fieri in pœnis, leges huiusmodi seueriores, & earum pœnæ temporales sunt, & mortales: & ex iusta causa, cessante periculo, & utilitate Ecclesiarum requirente, mutationes Sedium usurpatæ fuerunt; seriū tamen apud Occidentales, aduersus quos Gregorius Nazianz. versibus inuehitur, præcipue aduersus Ægyptios, duce [Petro] Alexandrino, qui Maximum Cynicum Constantinopolis Episcopum, clam, & εἰ τῷ παρθένῳ ordinauerat: qui deinde remotus & depositus fuit in Constantinopolitana Synodo I. Hūc referendi versus Gregorij de vita sua pag. 29. alioquin obscuri.

Ἡλθον γὰρ ἦλθον ἔχαπίντες νεκρά μένοι, &c. & qui sequuntur..
Νόμος σρέφοντες ήτε πάλαι τετυκότες
Ω, τολεῖσον ἥμην, καὶ σαφῶς ἐλέυθεροι.

Vide Notam supra pag. 175. Intelligit proculdubio canones Nicænos, & Sardicenses, conditos aduersus Mutationes Sedium: aduersus quos tamen nihil commisso probat Gregorius; quia nunquam Sasimorum Episcopatum susceperebat,

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VII. DE TRANSL. EPISC. &c. 207
quem inuito Gregorio contulerat primūm Basilius. Quæ iniuria Basilijs, vt. vocat, nunquam excidit ex animo Gregorij. Ita verò de Sasimorum Episcopatu loquitur pag 9.

Τῆς μὲν δοθέσθαις, οὐδὲ ὅλως Εκκλησίας
Περιτάμνη, οὐδὲ ὅσσον λατρεῖας μίαν
Θεῷ προστένεγκτην, η̄ Κυνηγαδας λαῶ,
Ηχεῖσα τεῖνα κληρικῶν εἰνὶ γέτω.

Quos versus rectè doctissimus Bilius explicauit. Nazianzi verò nunquam se fuisse Episcopum; sed patris tantùm senis auxiliatorem & Coadiutorem subiicit. Itaque cùm nec Sasimorum, nec Nazianzi foret Episcopus, nihil vetabat eum à Meletio Patriarcha Antiocheno constitui Constantinopolitano in Throno. Quibus versibus, quos contra Maximum scripsit, habebis plenam Apologiam Gregorij aduersus epistolam Synod. cam Ambrosij, & reliquorum Episcoporum Italiæ, quam primus edidit nuper doctissimus Sirmundus. Quid faceres? Dissidebant Orientales, & Occidentales Episcopi. Meletius, qui Gregorium in Throno Constantinopolitano collocauerat, ab Arianis ordinatus fuerat Antiochenus Episcopus, contra Paulinum, qui Antiochia ab Orthodoxis ordinatus fuerat. Præterea Maximus imposuit contra Paulinum Occidentalibus. Quidni? cùm ipsum Gregorium priùs fecellisset: num, sed Pauli & orationem in laudem Maximi scripsit sub Heronis Philosophi linus contra Alexandrini nomine, & extat inter Gregorij orationes, ordine 23. Quare eum. Ordinatum non est, si & Gregorius hos versus in carmine de vita sua effundat.

Non ordinatus
contra Paulinum
translatus Me-
letius anno Do-
mini 360. Or-
dinatus à Luci-
fero Paulinus
anno 362.

Φυτῶντες ή μήν εσπέσεοι τε καὶ τραχύ.
Τοῖς δὲ αὐτεπήσι δῆμος ήλιοφεύγων.

Non etiam mirum, si Basilius summus Gregorij amicus, ^{διηνάριον} perstringat epistola 10. ad Eusebium Samosatensem Episcopum. Hæc pluribus explicauimus; tum quia non cuique sunt obuia, & dicta Synodicae Ambrosij Commentarij loco esse possunt; tum quia Tractatui de Translationibus cohærent.

Postremo de Pœna tractandum: *Nec in fine Laica communio concedatur.* Quid sit *Laica communio*, Vetus Interpres I. Collectionis Laurentius M.S. *Viaticum* rectè explicat: quem secutus est Ioannes Andreæ. Bernardus in *Glossa* omisit. *Glossa Decreti ad can. 21. Distinct. l. & can. Clerici xiiii. Q. 2.* in quibus Peregrinæ communionis fit mentio, *Peregrinam explicat, quæ alias dicitur Laica extra de Elect. cap. 2.* (citatur capitulum hoc nostrum): & iterum: *Peregrina, id est, commorabitur inter Laicos; vel Peregrina, id est, cum recedit, vel peregrinatur de hoc mundo.* *Viaticum* scilicet *Glossa* intelligit. Peregrinæ item communionis mentio extat in additione iv. *Capitularium Ludouici cap. 99.* ex Concilio Agathensi I. ex quo pariter canones duo, supra relati ex Gratiano, desumpti sunt.

Obseruandum verò in cap. 98. dicta *Additionis*, tractari de Formatis faciendis, & ut sine Formata nullus proficiat *Clericus*. Doctissimus

Pithœus in *Glossario Capitularium* opinionem *Glossæ* sequitur in dictione, *Communio Peregrina*.

Nomen, & rem ipsam, explicant aperteius Patres Concilij Regensis can. 3. 4. & 5. In cano. 3. Nicæni Concilij exemplum amplecti profitentur, id est can. 8. quem peritè notauit ad marginem doctissimus Sirmondus *tomo 1.* Concil. Galliæ pag. 67. & antè Sirmondum *editio Coloniensis* Petri Crabbe; addita hac inscriptione dicto cap. 3. *De induito eidem Peregrini, vel Chorepiscopi nomine.* [Octauia vero canonis Nicæni hæc sunt verba. *Ils autem, qui nominatur apud eos Episcopus, honorem Presbyterij possidebit; nisi forte placuerit Episcopo, nominis eum honore censeri. Si vero hoc ei minime placuerit, prouidebit ei aut Chorepiscopatus, aut Presbyterij locum, ut in Clero prorsus esse videatur, ne in una Civitate duo Episcopi probentur existere.*]

Mentio præterea fit *Communionis Peregrinæ* in can. vlt. Concilij Ilerdensis: cum quo iungendus est can. 2. Concilij Valentini in Hispania, in quo dictæ *Synodi Regiensis* can. 5. citatur.

Hic nempe est ordo temporis quatuor illarum Synodorum. Regensis refertur ad annum Christi 439. Agathensis ad annum 506. Ilerdensis ad annum 524. & diem 8. Augusti. Valentina item ad annum eundem 524. & diem 2. Non. Decemb. Gratianus d. can. ultimum Ilerensem inferuit *Causa XII. Q. 2. can. 38.*

Garsias Loaïsa existimat Laïcam & Peregrinam Communionem eandem esse, nullumque discrimen inter utramque versari: Rectius viri docti differre statuunt: nec tamen veram interpretationem afferunt.

Ad verum proprius accedisse videtur doctissimus Petauius in *postremis & plenioribus ad epistolam Synesij 67. notis.* Non tamen concesse-
rim appellari Peregrinam Communionem, cum ab Episcopi Dignitate & Ordine in Chorepiscoporum gradum summouetur Episcopus: Nec etiam Anathematis nomine in can. vlt. Ilerensi venire Peregrinam Communionem. Nam in d. locis separantur manifestè. Symbolam nostram conferamus.

Variæ passim occurruunt Communionum species in Canonibus, Patrum libris, & Historiæ Ecclesiasticae Scriptoribus. Omnes tamen reduci possunt ad summa duo genera.

Diuiditur, seu distinguitur *Communio potissimum*, vel *Ratione Rei*, cui communicamus; vel *Ratione Personarum*, quæ communiant.

Ratione Rei: *Communio victus, societatis, & conuersationis,* & *qua maiori anathemate multati priuantur;* verbi gratia Hæretici, & qui atrocioribus criminibus impliciti, ab Ecclesia perculti fuerunt, & electi de nomine Christiano, ut initio huius Tituli attigimus. Insigne habemus exemplum in anathemate Andronici & Thoantis, à Synesio, & Synodo publicata epist. 57. & 58. in fine, qua non tantum ab Ecclesia, sed ab omni Societate ciuili pulsos fuisse exprimitur. In qua notandum, Episcopis & Presbyteris præcipere; Laicos hortari tantum: παρεγνώ μὴ οὖν, καὶ ιδιῶτη πάντι, ἢ ἀεχοντι, μήτε ὄμορφοις ἀντῷ, μήτε ὄμορφοῖς γίνεσθαι. Ιερεῖσθαι δὲ θυμεργίτως, οἱ μῆτρες ζωταὶ αὐτὸς θυμερέται, μήτρες τελευτήσαντας Κυριακημένεσθαι.

Vide S. Basilium in *Isaiam* pag. 821. Vbi de variis Communionis speciebus.

COMMUNIO ORATIONIS & precum : quæ aliquando non denegatur illis , qui vel ab Oblatione , vel Eucharistia perceptione arcentur ; de qua *can. 11. Niceno in fine* , χωεις προσφορας κοινωνιας την λαζην προσωχθει . Ex quo etiam constat huiusmodi communione priuatos , audientes , & pœnitentes : addamus & haeresis suspectos , licet nondum damnatos , Euseb lib. 5. *Histor. Eccles.* cap. 3. de Origene loquens , quem , licet admodum iuuuenem , adeo fuisse tenacem ait Canonis Ecclesiæ , ut non potuerit adduci orare cum Paulo quodam haeretico ; εἰ δὲ πωπότε προστραπή καὶ τὸ εὐχόν ἀνίψιον Κυρίου , φυλάπτων ἐξηπισθεῖς πατέρων Εκκλησίας . Quis fuerit hic canon , explicat Irenæus lib. 3. cuius verba retulit Euseb. lib. 4. cap. 14. d. *Histor. Eccl.* Τοσαύτην οἱ Απόστολοι , οἱ οἱ μαθηταὶ ὀντον ἔσχον εὐλαβεῖσαι , τοὺς τὸ μηδὲ μέχει λόγον κοινωνίην την τὴν παραχαρακούσιντα τὸ σληνίδιον , οἷς οὐ Πλαῦτος ἔποιεν , Λιρεπτοὺς ἄρθρων , μητὰ μίαν οὐ διατέρας νοσοῖς παρεῖται , εἰδὼς ὅτι εἴξεργεται οὐ τοιοῦτος οὐ αμαρτάνει , οὐ αὐτοκατακείτος . Rufinus lib. 4. versionis Eusebij cap. 13. ita interpretatur . Tantâ tunc Apostoli , atque eorum Discipuli , in religione cautelâ utebantur , ut ne verbi quidem communionem , cum aliquibus eorum , qui à veritate deniauerant , habere paterentur ; sicut & Paulus dicit , haereticum hominem , post unam & alteram correptionem denita , sciens quia peruersus est huiusmodi , & peccat , cum sit à semetipso damnatus . Palladius , Gregorius , & alij Scriptores vite Ioannis Chrysostomi , in referenda historia quatuor fratum Monachorum Ægypti , (*Mælesti* , id est , Longi , à statura vulgo vocabantur) quos à Teophilo Alexandrino iniuste excommunicatos , humanè & benignè suscepereat Chrysostomus , societatis & sermonis , imò & orationis communione dignatus erat ; tamen communionem Eucharistia , ante cognitionem causæ denegauerat . Socrates *Histor. Eccles.* lib. 6. cap. 9. Μαδών δὲ τοῦτα εἰ Λαῖρος εἰ πρῶτη μεν ἔχει τὸν αὐτόρετον , οὐ τὸ εὐχῶν μετοχῆν οὐκ ἔκπλουτος . κοινωνία δὲ τὸ μυστήριον , οὐκ εἰς τὸν παγγυώσαντα μεταδώσειν ἀντοῖς . Sozomenus eadem de re lib. 8. cap. 13. ἔνεχεται ὅπερι Εκκλησίας & Δικαιολυσεως . Nicephorus lib. 13. cap. 2. Tripertita lib. 10. cap. 10. ex Socrate . *Hec Ioannes agnoscens , honorabat principio viros , eorumque fruebatur orationibus : Communione vero sacra cum eis , ante causę cognitionem , participare non voluit . [Quam Communionem Peregrinam fuisse , male Baronius existimat in huius Historiæ relatione ad annum 400. num. 67. & 68. vbi male perstringit Palladium Scriptorem vite Chrysostomi , quem suspicatur saepius fuisse Origenistam : sed falsò .]*

COMMUNIO TERTIA , Oblationis occurrit ; cuius in *d. can. 11. Concilij Nicæni* , & alibi saepius mentio fit , ab aliis satis explica ta est .

QUARTA COMMUNIO , quæ & perfectissima ; Sacrorum Mysteriorum , & Eucharistia . Quare per eminentiam Communio solet appellari .

PLVRA nuper de his quatuor speciebus viri docti scripserunt . Ad rem , quam paramus , ista sufficiant .

RATIONE VERÒ Personarum , quæ admittuntur ad Communionem , tripliciter diuiditur , in Ecclesiasticam , [siue Clericalem ,] ad cap. 10. extra Laicam , & Peregrinam . Ecclesiastica versatur inter eos , qui sunt de *de indiciis* ,

Clero; quorum nomen in Canone, Matricula, & Catalogo Clericorum comprehenditur: Laïca inter Laïcos tantum: Peregrina vero, quæ peregrinè cum Formatis aduentientibus Ecclesiasticis, vel Laïcis, concedi solebat. Commercio enim Formatarum, totus orbis in una Communionis societate concordabat, Optatus lib. 2.

Maior autem exhibetur honor Clericis, quam Laïcis, siue consensum, siue locum communicandi spectes. Nam *quatuor genera Capitum sunt in Ecclesia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Fidelium*, Optatus d. lib. 2.

Apices dignitatum Episcopi in Cathedra sedebant in Absida posita, tanquam in honoratiore loco, Augustinus *epistola 203. & 225.* Praesidebat Episcopus Ciuitatis; confidebant Episcopi peregrini: post Episcopos Presbyteri; *epistola Catholicorum Episcoporum totius Africæ in Gestis Collationis Carthag. cap. 16.* Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino Episcopo, iuxta confidente Collega. Quam Epistolam retulit etiam Augustinus libro singulari, de *Gestis cum Emerito*. Peregrinus vero Episcopus adire tenebatur Ciuitatis Episcopum, qui Conuentum, Collectam, & Synaxim habebat, sacram Eucharistiam, id est, Christi sacrum corpus conficiebat, & Peregrino Episcopo, & postea reliquis Presbyteris porrigebat; sicut in *can. 18. Conc. Nicæni* dicitur. Ita enim intelligendum puto Eusebium *lib. 5. cap. 24. sub finem*; in quo de celebri Controversia Paschatis inter Victorem & Polycarpum tractatur ex Irenæo: εὐκλησίας ἐπιτοῖς. καὶ τῇ Ευκλησίᾳ παρεχωρησεν ὁ Αὐτός τὴν Ευχαστιαν τῷ Πολυκέρπᾳ, καὶ ἐπεστὸν δικού· Quem locum

Magis placet nec Rufinum, nec Interpretem intellexisse puto. Nec enim temere Ci- secunda Inter- uitatis Episcopus videtur concessisse peregrino ius celebrandi & ha- pretatio. Po- bendi conuentum, & sacra coram eo peragendi; illis præsertim tempo- lycarpo concessit, ribus, & rixa iam suborta. Idem Rufinus rectius ea verba, & con- ut Eucharistiam suetudinem Ecclesiæ veteris explicare videtur. οὐτοι μὲν τηρήται in Ecclesia con- οι Πατρόβουλοι, τοῖς αὐτὸι ταξινοῦν τηροῦσιν ἐπιμπον Ευχαστιαν. Rufinus: Imò ficeret ac cele- potius & omnes Presbyteri, qui fuerunt ante te, omnibus semper, qui non braret. Hoc e- ita obseruabant, Presbyteris Ecclesiarum Eucharistiam solemniter trans- nim aliquando mittebant. Antiquum morem innuit mittendæ Eucharistiæ, in signum concedi sole- concordiæ, consensus, & unitatis.

bat peregrino

ab Episcopo Ciuitatis: imò & ad Sacrorum celebrationem inuitabantur quandoque peregrinè venientes Episcopi. Vide Ant. Augustini *Epitomen parte 1. de Epis opis.* Peregrinè Episcopo locus sacrificandi detur. Conc. Atelat. I. *can. 20.* Carthag. IV. *can. 33.* Synodi in Trullo *can. 20.* *Capitular. lib. cap. 2* ex Synodo Francofordicensi, circa medium. Suescionense sub Pipino circa medium. Socratem *lib. 6. hist. cap. 13.* quo insig- nis hanc in rem habetur locus, occasione rixæ Chrysostomum inter & Epiphanium subortæ.

Sicut autem Episcopi Petegrini cum Episcopo Ciuitatis communi- cabant; ita Peregrini Presbyteri, & Diaconi, secundum sui gradus prærogatiuam singuli: omnes tamen intra Altare, ad differentiam Laïcorum, qui & in sedendo, & communicando separabantur Can- cellis

cellis & Velis à Clero. Presbyterium verò & Altare communicando Cancellis & Velis muniebatur, vt arcerentur Laïci, tam in sedendo, quam in communicando. Cancelli & Vela ea in re nota: ωργαδες, & Κογκιλιας, & βηλα usurpare solent Concilij Chalced. acta. Athanasius in epistola ad Solitariam vitam agentes, αρπάσαντες τὰ Κυψέλαια, ἢ τὸ Σπήλιον, ἢ τὸ Θερμέων, ξυλίνην γῆραν, ἢ τὰ βηλα τὸ Εκκλησιας, &c. Rapientes subsellia, & Cathedram, & Mensam: erat enim lignea. Vela Ecclesiæ male tabulas pro Velis vertit Interpres. Statim etiam subiicit Cathedram Episcopalem, sicuti diximus, in interiori parte templi positam. Et iterum in eadem epistola de Militibus Syriani ita loquitur, ὑπτάζε τὰ ἔνδον, εἰς τοῖς τοίων εἰσι προτο, εἰς οὓς, οἱ δὲ πᾶσι τοῖς χριστιανοῖς ἐξειγούσι εἰσελθεῖν. Gregorius Nazianzenus apertissimè in versibus ad Episcopos pag. 82. fine.

Τὸ Σεπτὸν τοπάροιθε Σοφῶν ἔδος ἔρκεσ αείσων,
Βῆμα τοδ' Αγγελικῆσ χρεωσασης τεθιλός,
Κιγκλίδα τὸ μεμάτην κόσμων δύο, τῷτε μένοντος,
Τῇσι αἰσιωταμένοιο, θεῶν ὄρεν, ήμείων τε, &c.

Plura de Cancillis & Presbyterio notauiimus ad cap. i. de vita & transenna, & honestate Cleric. Synesius epistola 67. coniungit Spām̄saw, & καταπίδεο- pag. 849. & seq.
ad hūc versum.

Eadem forma Consistorium Principis, & Summorum Magistrorum Tribunalia Cancellis erant inclusa; & Vela præterea obtenebantur. Sidonius lib. 1. epistola 2. & in l. 5. Cod. de Naufragiis: de submersis nauibus decernimus, ut lenato velo istæ causæ cognoscantur: vbi dominus Cuiacius locum, qui ad rem facit, refert ex Comedia vveydus. Quærulo, isti sunt, qui in fanis & facellis obseruant vela.

Intra Altare itaque communicabant Clerici , siue ipsius Ciuitatis, siue Peregrini. Nihil præterea Peregrinis Clericis concedebatur ; nisi speciali iusu & mandato præcedente Episcopi Ciuitatis , in qua morabantur. ~~regeret~~ distictissimè prohibebatur. Conuentum agere, ordinare, concionari , ea , quæ sunt iurisdictionis , vel ordinis , aut ministerij exercere non licet Peregrino Episcopo , vel Clerico , iniussu Episcopi , ad cuius Diæcesin accedit : Communione tantùm orationis , & Eucharistiæ fruitur , si Episcopus Metropolitani literas ; vel reliqui Clerici , & Laïci Formatas habeant à proprio Episcopo.

Et hæc est, quæ Peregrina Communio appellatur can. 8. Niceno,
can. 14. & 15. Sardic. & can. 2. Concil. Constantiop. I. Exem-
plum ad d. can. 14. Sardic. pete ex Socrate lib. 6. cap. 10. & seqq.
& quæ alieno loco in fine eiusdem libri 6. vbi de contentione inter
Chrysostomum, [Epiphanius,] & Seuerianum. Quibus locis præ-
sumptiones coërcentur eorum, qui extra Diœcesin aliquid audent.
Frequentia ea de re in *Historia Ecclesiastica* exempla occurunt. Mul-
ta vnius Chrysostomi *vita* suppeditat, aduersus Epiphanius, &
Theophilum, quæ ex Palladio, & reliquis eius *vita* Scriptoribus re-

PARS PRIMA.

Cc

Græcè τὸ βηθυνικόν
De qua voce
vide *notas* Frō-
tonis ad *tomum*
1. Chrysostomi
pag. 68. & pleniū ad *tomum*
4. pag. 12. 48.
& 52. Βελόδρυγες
vnica voce
appellat Chry-
sostomus in
Matth. hom.
84. ἡμείδης in
cap. 26. *Mat-*
thei. Adde *no-*
tas in Paulini
epist. pag. 796.
ibi: perlucente
transenna, &
pag. 849. & seq.
ad hūc versum.

*Aurea nunc ni-
ueis ornaniur
lumina velis.
vbi fusè Ros-
vveydus.*

Auitus Vien-
nensis epist. 9.
Cesario Arela-
tensi Episcopo,
in qua Maxi-
mianum Epif-
copum con-
mendat. Pere-
grinus Sacerdos
dici non potest,
ubi Catholica
reperiri Ecclesia
potest.

peti possunt. Quibus adde Socratem lib. 6. cap. 12. Sozomenum & Nicephorum.

Ad instar Peregrinæ Communionis propriè dictæ, pœnalis quædam Communio dicta est Peregrina, rei effectu inspecto, [& dignitate personarum spectata. Sicut & Laïca Communio pro pœna aliquando sumitur, & pœnitentia Laïci videtur appellari ab Hilario sub initio libri ad Constantium Augustum, quem librum ipse Constantius tradidit. Si indignum aliquid non modo Episcopi sanctitate, sed etiam Laici integritate gessisse docear; non iam Sacerdotium per veniam expœtem, sed intra pœnitentiam Laici consenescam. Peregrinæ itaque Communionis pœnalis exemplum proponi potest, verbi gratia] quoties Episcopo adimitur Episcopatus, ad quem ordinatus est, administratio nomen verò, ordo, & dignitas relinquitur. Sedet, communicat

Exempla etiam in iure super-
sunt ex l. spe- Regensi canones Nicani citantur in exemplum. Canonem 8. intellexi- ciosas 100. ff. de se diximus Patres, in quo Nouatianis Episcopis, in eadem Ciuitate verbo. signifi- cum Catholicò constitutis, Catholicus retinet dignitatem; Nouatia- car. ibi: qui nus, siue Catharus regradatur in ordinem Presbyteri: benignius ta- ornamentis Se- men facturum Episcopum Catholicum, si nominis Episcopi hono- natoriis vtun- rem ei permittat, aut saltem locum Chorépiscopi, πατρὸν τοῦ ἀρχοντος. Et in Epistola ipsius Concilij ad Ecclesiam Alexandrinam, Meletio omnis ἐξοικεῖ ἀνθρώποις adimitur; ψλέοντες τὸν πατρὸν relinquuntur. In Concilio Chalcedon. Actione II. Episcopatus Ephesinus adimitur Bas- siano, & Stephano, qui contra Canones occupauerant Ephesiām Se- dem: nominis tamen honor relinquitur; & solatij, & alimentorum loco ex redditibus Ecclesiæ Ephesiæ singulis ducenti aurei assignan- tur. Paschasius & Lucentius Episcopi Legati Papæ vtrumque ita distingunt. Bassianus & Stephanus τὸν πατρὸν αἴτιον, παταυγὴν τὸν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου αἱρέσιαν, quietem habeant, cessantes ab operatione, vel administratione eiusdem Ecclesiæ; & in eorum loco alias ordinatur Episcopus: eis tamen relinquitur αἴτιον Επισκοπῆς, ἡ κοινωνία, ἡ πα- μεδία in οἰκονομίᾳ, Communio, & necessaria salario, siue decens solatum. Breuiter in Synodo Regensi, Peregrina Communione foneatur. Peregrini enim Episcopis vel Clericis, humanitatis causa & Communio in suo cuique ordine conuenienter, & alimenta tribuebantur.

[Et Concilium Nicænum in can. 8. sub finem nomen Episcopi separat à Chorépiscopatu, tanquam pœnam minorem à maiore: & tertio loco subiicit Presbyterij locum. Alia & grauior pœna extra Clerum ad Laïcos relegari can. 18. & 19. Conc. Sardic. Apud Græcos Grauissima pœna Laïca Communione priuari can. 1. Sardicensi. Media inter duas extremas regradari.]

Maior autem pœna, Episcopum in ordinem Chorépiscoporum re- gradari, ut diximus. Nota est enim differentia inter Episcopos, & Chorépiscopos. Multò maior, [ad Presbyterorum gradum redigi.] Nam sicut Chorépiscopus omnibus Episcopis est inferior; su- perior est Presbyteris. Et munia Chorépiscoporum in canonibus distin- guntur à muneribus Episcoporum. Omnia, quæ Chorépiscopo per-

mittuntur, Episcopus exercere potest: non contra Chorepiscopus. Vide dictam Synodum Regensem *can. 3. 4. & 5. can. 12. Ancy. & can. 10. Antioch.* & quæ ad eos canones Græci & Latini de Chorepiscopis notarunt.

Non debuit itaque Peregrina Communio confundi, & ita explicari; cum ab Episcopi dignitate & ordine in Chorepiscoporum gradus summonetur Episcopus. Nam aperte ea duo separantur in d. *can. 3. aut Clerepiscopi nomine, aut Peregrina communione foueatur.*

[Sultè verò Chorepiscopum dicunt aliqui Peregrinam habere Communionem, quia extra urbem versatur, quasi Peregrinus. Nam Peregrinus Episcopus intelligitur propriè, qui ex aliena Diœcesi accedit: cui comparatur ille, cui nomen Episcopi permittit habere Episcopus verus. Perinde enim atque quilibet alias Episcopus Peregrinus, nullam in ea Diœcesi, in qua priùs tanquam Episcopus se gesserat, autoritatem & Iurisdictionem obtinet.]

Multò minùs in *can. 16. Concilij Ilerdensis, Anathematis nomine,* continetur Communio Peregrina. Integrā enim Communionem & illibatam in suo ordine retinet, vt diximus, Episcopus vel Clericus, cui pro pœna infligitur Communio Peregrina. In d. verò *can. 16.* grauissima pœna grauissimo peccato sacrilegij; &, quod auget peccatum, Clericis sacrilegis imponitur merito: non vt Peregrinam; non vt Laicam Communionem tantum inter Laicos accipiant, quæ Depositum Esumma est pœna Clericorum; sed vt omni omnino Communione p̄scopum Laïpriuentur, id est, alieni fiant à nomine Christiano. Et vix quoque, cam Communitatē addit canon, *Peregrina Communio concedatur;* id est, post longam nionem restituuntur Pœnitentiam vix dispensabitur cum eis: non vt restituantur execu-re probat *can. 18. & 19. Con-* do nomine & dignitate fruantur, & postremi Communionem acci-*ciliij Sardi-* pliant inter eos, qui sunt eiusdem gradus, *censis in Græ-*
eis, qui in La-

*tinis non extant, in quibus de depositione Musæi & Eutychiani agitur. Vide Palladium in vita Chrysostomi, VI. Synodi in Trullo *can. 20. & 21. & inter Africanos can. 47.**

Tanti etiam faciebant Communionem Ecclesiasticam, [siue Clericalem] accipere intra Altare, inter sui Ordinis Clericos: vt depositis Episcopis, & non tantum executione, administratione, & autoritate; sed etiam ipso nomine nudo priuatis, summi beneficij loco humaniter concesserit Chrysostomus, intra Altare communicare quibusdam Episcopis; quamuis ne nominis quidem Episcopalis honorem eis concessisset, Palladius in eius *vita pag. 26.* eo loci, vbi tractat de Depositione Episcoporum Asianæ Diœcesis, qui pecunia data constituti fuerant, οὐαίται ἡ σύρεδος τὸ μὲν χρυσὸν ἀντὶς λαβεῖν, παρὰ τὴν εὐηγέρψιν Αὐτούρειν, κοινωνεῖν δὲ τὸν τῷ Συναδνεῖν εἶται δὲ απὸ ιερῶν. Communicare quidem intra altare permisit; priuauit verò omnino Sacerdotio: [existimauerim, & omni gradu Ecclesiastico.] Gratiae & indulgentiae loco, quia sponte crimen Simoniac confessi erant, & Chrysostomo petierant εἴτε ἐν τῇ λατεραγίᾳ ή Εκκλησίᾳ, & à Curi on-

re liberari. Primum denegat : de secundo responder, et si per depositionem & ademptionem autoritatis & nominis Episcopalis redacti forent inter Laicos, & per consequens Curiæ honoribus obnoxij; effecturum se tamen pollicetur apud Imperatorem, ut Curiæ immunitate fruerentur. Multi autem illis temporibus ideo Episcopatum ambiebant, ne Decuriones fierent, vel cum antea Curialis conditionis forent, per adeptionem Episcopatus onere Curiæ liberarentur. [In Clerum etiam se allegi per dolum & fraudem, inconsultis Episcopis, quidam curabant, vitandi delectus causâ, aut ut è corporatorum collegiis exirent, Illust. Marca lib. 2. de Concordia cap. 11. §. 9. l. 11. Cod. Theod. de Pistoribus & Cataholensibus, l. 8. cod. Cod. de Suariis. Notæ ad Philostorgium pag. 287. & seq. & Ambrosius epist. 29. lib. 5. Quid verò sit Curiæ tradi, vide apud Radulphum Fornerium lib. 1. variarum.]

Sed hæc omnia pluribus aliquando, Deo fauente, persequemur in dissertatione de Depositione Episcoporum Asiana Diœceseos : in qua Palladij, vel quisquis ille sit, optimi & æqualis vitæ Chrysostomi scriptoris Græca, maxima ex parte restituemus, & explicabimus. Necdum enim editus est Græcè, & versio corruptissima est. In qua reliqua etiam, quæ non immerito desiderantur, in hac Tractatione supplebimus.

De qua vide Baronium ad an. 400. num. 73. 74. & 75. Adde can. 18. & 19. Conc. Sardicensis in Gracis, de depositione Muſſai & Eutychiani.

Meletius Metropolitanus Ciuitatis Lyci in Thebaide Prouincia Diœceseos Ægypti.

Concludamus allato egregio sanctissimi Athanasij loco, ab Interpretate non intellecto, sub finem epist. ad Solitarium vitam agentes [pag. 667. edit. Commelini.] De Meletianis Episcopis loquitur, qui ad opprimendum Athanasium Arianis se adiungebant socios & fautores. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἐξ εἰδόλων ἐλθόντες, οἱ δὲ ἐν τῷ βεβουμένῳ, ὡς τῆς περιπτίας πολιτείας, θάτη τὸν ταλαιπωρευόντας ἀλειτουργούστας, καὶ περισσαῖς πισταῖς πχρύματος τοὺς σεοῦ ἀντὶ Μελετανὸς, εἰς τὸν παρῆλθον, καὶ πρὶν κατηγένθωσιν. Quidam, inquit, ex illis ab Idolis venientes, id est, paulò antè Paganī; quidam è Curiæ & Decurionibus & Ciuitatum Primoribus, propter miseram immunitatem, & ut præsint, nempè fiant Episcopi: maiores suos Meletianos pecuniā persuadentes, ad hoc dignitatis culmen peruererunt, nempè ut fierent Episcopi, etiam antequam fuissent Catbucumeni. Quod & in sequentibus repetit. Et ubique Interpres, ἀλιπρηγοῖς vertit purpuram; forte ἀλούριδα commentus: & περισσαῖς humanae præfecturam; cum de Episcopatu sit sermo. [Περισσαῖς non tantum patrocinium, sed etiam Dignitatem Ecclesiasticam, verbi gratia Episcopatum, propriè significat, Frontonis Ducæi notæ in tomum 1. Chrysostomi pag. 63. & Petauius in Dissertationibus Ecclesiasticis pag. 98. vbi præsidentes Tertullianus appellat, quos Iustinus περισσῶτες, id est Episcopos vocat. Επισκόπων, vel ἀποστόλων (ita Melini Anglic. contextus tomo 6. pag. 3. num. 20.) Chrysost. lib. 1. de Sacerdotio cap. 3. ἀποκοπῆς ἀξιῶν vocat, & ibi Fronto. Sozomenus lib. 8. cap. 1. περισσαῖς eodem sensu usurpat. Περισσαῖς tamen alio sensu tribuitur Petro in omnes Ecclesias in notis ad d. tom. 1. initio pag. 87. Meritò porro in fine epistola Synodica Alexand. Synodi in Causa Athanasij pag. 575. editionis Commelini, Meletiani ita describuntur. οἱ δὲ χιονοποιοί, οἱ καὶ μέχει, νῦν τὰς ἀκαλοσίας ταραχττεύτες, καὶ σταύρους κηροῦτες. Καταστατούσις γὰρ αἱρέοντος, καὶ καθόδη τοῦ Συνι-

AD LIBRI I. DECRÉT. TIT. VII. DE TRANSLAT. EPISC. &c. 215
καὶ τοιοῦται, id est ordinaciones iniuntas faciunt, & ferè ex Ethnicis
Episcopes deliguntur.]

Confirmari possunt, quæ de immunitate à curia diximus, per Episcopatus adeptionem II. [12. 16. 19.] 21. 38. & 53. C. de Episcopis & Clericis. l. 26. & 60. C. de Decurion. [l. 5. Cod. qui bonis sedere possunt. Nou. 81. cap. 1.] & Nou. 123. cap. 4. II. 63. 99. 104. 123. 163. & 187. C. Theod. de Decur. Nouella Leonis & Maior. de Curialibus. [l. 3. 7. & 9. Cod. Theod. de Episc. Eccles. & Clericis. l. 4. Cod. Theod. de Iustitiae auri Collat. Nou. de corporatis urbis Roma, & Nouel. de successione Curial. in Cod. Theod. & Iuretus in notis ad Symmachum pag. 327. editionis 2.] Verùm de his commodius alio loco. Modus seruandus, & finis imponendus, si priùs pateris, Lector, medicinam fieri elegan-
tissimo Athanasij loco, qui citato proximus est, & ad Meletianos per-
tinet. In Græco corruptissimus est, nec ab Interprete intellectus:
Τῶν μὲν ἐπικεραυνῶν, αὐτὸν Μελιταῖον ἡ περιγραφὴ αὐτὸν, καὶ οἱ τρό-
μοι ἀντοῖς. Corrigere. Επικεραυνῶν, Epicurarianorum. Antea ostenderat
Meletianos, qui in Concilio Nicæno ab Ario recesserant, iterum ad
eos rediisse, esse Chamæleontes: quare τέχνης αὗτοις. Iterum, statim
antea, voluptatem Meletianos veritati anteponere, & solum hoc ha-
bere in ore, φάγωσιν, καὶ μισθῷ, ἀνείσθητος τὸν νήσοντος: quod est dictum
Epicureorum solemne. [Quin & Philostorgius lib. 10. hist. cap. 3.
scribit Eunomianos, qui & ipsi ab Ario fluxerant, obiecisse reliquis
tribus Arianorum sectis, τελευταῖς τὰς ἵππουνας καὶ θύρας, καὶ λαμβά-
νειν, καὶ τὰς ὑπερδίψας καὶ οὐαταῖς θύρας μεταστάκειν.] Eleganter itaque
[Athanasius Arianos] composito nomine Epicurarianos appellat, qui
vtrorūmque mores; sub falso tamen nomine larua & persona Mele-
tianorum, abscondebant id, quod erant, Epicurarianos veros.

Coniecturam
nostram confir-
mat Suavis Eu-
nomij & Aetij
Laudator.



AD TIT. VIII.

DE VSV ET AVTORITATE
PALLIL

TRACTATVS VIII.



R^{ET}ISSIME cohæret hic titulus cum tribus præcedentibus, cum titulo *de Postulatione*; quia sæpiùs in Postulatione Episcopus in Metropolitanum constitui petitur: nec tamen, licet approbata fuerit Postulatio à Summo Pontifice, poterit Metropolitani nomen vindicare, antequam impetraverit Pallium *cap. 3. hoc tit.* Aliquando simul confirmatur Postulatio, & Pallium tribuitur

cap. 4. in fine de Postulatione. Itémque electus in Archiepiscopum, post Confirmationem & Consecrationem, ius Pallij obtinere tenetur *cap. 4.* & *ii. de Electione.* Aliquando simul confirmatur Electio Archiepiscopi, & Pallium conceditur, vt in integra specie *cap. 23. eodem tit. de Electione*, in qua, cassata postulatione Vvormaciensis Episcopi in Moguntinensem Archiepiscopum, confirmat Pontifex Electionem Siffridi, & ei Pallium concedit.

Cum titulo *de Translatione* cohæret; quia sæpissimè fit de minori Ecclesia ad maiorem, verbi gratia de Episcopatu ad Archiepiscopatum.

In hoc verò Tractatu Primo omnium Capitulorum breuem summam conficiemus, quid sit Pallium, quæ Forma, & Benedictio. Secundò de Origine & Antiquitate. Tertiò qui petere teneantur, quibus concedi, & qui concedere soleant. Quartò de Iuramento in traditione Pallij, quis Pallij effectus, & utilitas. Postremò de Pallij concessione Episcopis quibusdam singulari priuilegio indulta.

I. Pars.

OMNIA capitula huius tit. ad duo summa capita referimus, quæ Rubrica significantur: ad *Vsum* vel *Autoritatem Pallij*.

Ad *vsum*: nam Pallium vtendum datur Personæ, nec eam egreditur, commodari non potest, & cum mortuo sepelitur. Quare passim in hoc tit. *vsus*, & *vtendi* verbum usurpatur, & nominatum in ipsa tradizione & concessione *cap. 1. 2. 4. & 5. hoc tit.*

Huiusmodi verò usus non ita plenus est, vt pendeat ex arbitrio utentis: certus modus utendi iure definitus est, qui potissimum ex solennibus formulis concessionis interpretationem accipit. Pontifex tamen aliquando formam & modum utendi latius extendit: quo casu forma in priuilegio expressa retinenda est, nec ultra producenda.

Regulariter verò permittitur usus Pallij non ubique, sed tam intra Cathedralem Ecclesiam, quām intra quamlibet aliam Prouinciaē, in qua iurisdictionem habent Archiepiscopi; non autem extra Ecclesiam, vel Prouinciam cap. 1. 4. & 5. & ita restringendum est cap. 6. hoc tit. ubicumque, id est, in qualibet Ecclesia Prouinciaē.

Speciali tamen priuilegio Pontifex indulgere potest usum Pallij extra Prouinciam, petita tamen facultate utendi ab Episcopo, ad quem Ecclesia pertinet dicto cap. 5. quia Pallium signum est & symbolum iurisdictionis, & per illud plenitudo Pontificalis officij significatur cap. penult. hoc tit. nec quotidie, sed certis tantum & solemnibus diebus, qui numerantur à Glossa in cap. ad honorem hoc tit. & in integrâ: vel his diebus, qui nominatim in concessione expressi fuerint.

Præterea in certis tantum actibus Pallio licet vti; verbi gratia in Missarum Celebrationibus, Consecrationibus Suffraganeorum, Ordinationibus Clericorum, & intra propriam Ecclesiam, non extra capp. 1. 4. 5. hoc tit. conuenienter antiquis canonibus 6. 7. & 8. Dist. c. & Synodo generali VIII. sub Adriano II. can. 27.

Quamvis autem Personæ specialiter concedi dicatur Pallium; ratione tamen Ecclesiæ datur, Metropolitanæ scilicet. Aliis quām Metropolitanis tribui non solet, nisi rarissimè, vt infra dicemus: exemplum extat in cap. penult. de Presumptionibus. Quare in cap. 4. supra de Postulationibus Pallium tribui dicitur Personæ ad nomen & usum Ecclesiæ. Quod confirmat eleganter Hincmarus Remensis in epist. 2. sub finem editione Parisiensi. Et hæc de Vsu Pallij.

Ad Autoritatem Pallij quod attinet. Post Electionis, Postulationis, vel Translationis in Archiepiscopum Confirmationem; imò & post Consecrationem, ne quid ad executionem Pontificalis officij desit, Pallium conceditur, in quo officij plenitudo cum Archiepiscopalibus nominis appellatione confertur. Nec enim ante impetratum Pallium potest nomen Archiepiscopi sumere, conuocare Concilium, consecrare Suffraganeos, ordinare Clericos, confidere chrisma, dedicare do in Gallia Basilicas cap. 21. de Electione initio in 1. Collectione cap. 28. iuncta anterioribus Ioantiqua, & 44. tit. de Electione, Innocentius III. libro 1. de mysteriis nis VIII. a Missâ cap. 63. in fine, & cap. 5. de Consecratione Ecclesia, iuncta te quām Pallium à Sede Apostolica sus-

cepissent, consecrationem facere præsumebant. Quod damnat Ioannes VIII. epistolis ad Rostagum Arelatensem Episc. & uniuersos Episcopos Gallia, quæ extant tomo 3. Concil. Galliæ.

Itemque ex cap. 11. tit. de Electione notandum, licet ante Pallij impetrationem consecrare non possit Episcopos Metropolitanus, mandare posse Suffraganeis ut consecrent. Huiusmodi enim mandatum

est Iurisdictionis, quam Confirmatio Electionis Metropolitanā transfert, ut *Tractatu de Electione* diximus: quod tamen ius non semper certum fuisse, nec apud omnes de eo constituisse, supra eodem t.t. indicauimus. Consecratio vero Episcopi est Archiepiscopi propria: cui non nisi post impetrationem Pallij competit, ne post Consecrationem quidem. Nam Consecratio ius proprium & rem ipsam, sive potestatem confert Dignitatis Metropolitac: sed executio & nomen permittitur post impetrationem Pallij.

Ita in iure Legatus Proconsulis, quamvis à Senatu vel Imperatore potestatem habeat & iurisdictionem; non tamen potest eam exercere, nisi à Proconsule ei mandata sit, *I. i ff. de Officio Proconsulis*. Cuiacius lib. 7. *Observationum cip. 21.*

Quod autem diximus supra, solum Pontificem Romanum semper in Missarum solemnibus vti Pallio, nouum est. Nam olim omnes Archiepiscopi sine Pallio Missam dicere non presumebant, Concilio Matiscensis *I. can. 6.*

Itaque pro summo priuilegio & præter consuetudinem legimus apud Surium, Agapetum *II.* misisse Pallium Brunoni Colonensi Archiepiscopo, quo præter consuetudinem, quæties vellet, indui permisus.

Itemque Leo *IV.* ad interuentionem Lotharij Imperatoris, Hincmaro Remensi Pallium ad quotidianum usum concessit: quod idem Papa in epistola ad Hincmarum directa ait, nulli Archiepiscopo se concessisse, vel deinceps concessurum esse; Flodoardus *lib. 3. historia Ecclesiastica Remensis cap. 10.* Hoc priuilegium tamen Nicolaus *I.* improbare videtur epist. *47. in fine*; subiratus quippe Hincmaro, vt epistolæ totius contextus declarat, cui doctissimè idem Hincmarus responderet epist. *2. editionis Parisiensis*.

Ad id autem quod in *cap. vlt.* queritur, an pro defunctis cum Pallio celebrare liceat? Respondemus regulariter non licere, vt exprimitur in *Pontificali Romano tit. de Pallio*. Nam dies solemnies, qui exprimuntur à Glossa in dicto *cap. ad honorem Dei*, ex Vincentio veteri Interpretē Collectionis *III.* vt notat Antonius Augustinus ad *cap. 21. de Electione in 1. Collectione*, non faciunt mentionem Missarum pro defunctis. Vincentius vero ex *integra Decretali d. cap. ad honorem* suam notam exscripsit, quæ extat in gestis Innocentij *III. pag. 64.* Innocentius *IV.* ad *cap. vlt. hoc tit.*

Sed neque tempore ieiunij: & multò minus extra Ecclesiam Pallium deferri debet, Gregorius *I. epist. 93. lib. 1. Registri*, ex qua sumpti sunt *canones 7. & 8. Dist. c.* quæ valdè illustrant *cap. vlt. hoc tit.*

Hactenus explicauimus mentem & sententiam *omnium Capitulorum huins tit.* Sequitur vt videamus, *Quid sit Pallium, quæ Forma, & Benedictio.*

Et quidem definitur Pallium ab Innocentio *III. in cap. 23. extra de Priviliis, plenitudinis officij Pontificalis insigne*; vel apertiūs, *Archiepiscopalis dignitatis insigne*. Proprium est enim Archiepiscoporum & Metropolitanorum, quo Maiores utuntur Episcopi, sive Archiepiscopi, vt loquitur

vt loquitur idem Innocentius lib. 1. Mysteriorum Missa cap. 63. vbi Pallij forma describitur. Pallium fit de candida lana contextum, habens desuper circulum humeros constringentem, & duas lineas sive fasias ex eodem panno, ab utraque parte dependentes; quatuor autem cruces purpureas, ante & retro, à dextris & à sinistris: sed à sinistris Pallium est duplex, simplex à dextris; cui in tres partes conciso tres acus insiguntur, (spinas vocant alij) quibus consuitur. Humerale vocatur à Latinis; sicut à Græcis ὄμορφειον.

Fusè verò de Materia, Forma & Benedictione Pallij *Anonymus Autor Rituum, sive Sacrarum Ceremoniarum SS. Ecclesie Rom. qui se sub Sixto IV. Magistri Ceremoniarum officio functum fuisse dicit lib. 1. sect. 10. cap. 5. de Pallio & quom. trad.* Vbi etiam docet, quare dicatur passim Pallium sumi de Corpore beati Petri: nempe quia per Canonicos Basilicæ sancti Petri ponuntur Pallia super corpora Petri & Pauli Apostolorum sub Altari maiori; vbi factis ex more vigilis per noctem dimittunt.

Ostiensis tamen ad hunc tit. notat, de quoquaque etiam altari sumi posse, de mandato tamen domini Papæ: quia, vt ait, non ubi Roma est, ibi Papa est; sed è conuerso: unde & de altari Cappelle domini Papa sumuntur. Qui vidit & recepit, testimonium perhibet, &c.

Plura de Pallio qui scire cupit, adeat Onufrium Panuinum in *explicatione vagum obscuriorum Ecclesiasticorum*; & Innocentium III. loco citato.

Græci, vt diximus, vocant ὄμορφειον, de quo Meursius in dictione ὄμορφιον: malè tamen ὄμορφειον, & οὐρόποιον confundit. [Vide Frontonem Ducæum in *notis ad 4. tomum Chrysostomi pag. 49. De Pallij Episcopalis usu apud Græcos vide notas ad Euchologium pag. 312. & seq.* & de Monachorum Pallio, idem *Euchologium pag. 495.*]

Rectius in dictione πλυσάνθιον Meursius φανόλιον & πλυσένειον docet esse synonyma apud Græcos. Quin & Σάκκος appellatur. Accedunt Bulengerus libro singulari de ueste Pontific. & Gretserus ad Codinum. Φεύόλιον supra σιχάειον, id est tunicam iniiciebatur. Φεύόλιον multis crucibus inspersum erat: unde πλυσανθεῖον nomen. Saccus etiam nominabatur πλυσάνθειον, quia sacci formam habebat. Nulla in eo μανία, manice, sicut nec in Colobio.

Iurisconsultorum distinctione & verbis vtamur. Ornandi & tegendi corporis causa φεύόλιον inuentum: Pallium non tegendi, sed ornandi; tanquam insigne Dignitatis gestari solitum probauimus.

Longius aberrant, qui Phrygium confundunt cum Pallio. Phrygium, sive Lorum, capitis integumenta, Mitram, Tiaram, vel Diadema significant, opere Phrygio contexta. Quamuis non inficer, à veteribus Palliola, sicut πλισια, inter capitis tegmina numerari. Sed planè alio sensu Pallium in hoc tractatu accipitur. In scita Donatione Constantini Eminere δὲ ἡ τὸ διάδημα, ἥτοι τὸ σέφαρον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἀμαὶ τὸ Δῶρον, τὸ Ωμορφεῖον, ὅπερ κυκλοῦ τὸ βασιλεὺ τραχλοῦ: Rectè. Ex Græca, transpositio, quæ in Latina remanet, restituenda est. Deinde Diadema, videlicet coronam capitinis nostri similique Phrygium, videlicet lorum.

& superhumeralē, quod imperiale &c. Confirmant hanc interpretationem, quæ sequuntur in eadem Donatione Græca, τὸν ὑπάκουον λόγον, &c. τὴν ἀρχὴν ὄντες, id est χριστιανοὶ: in Latino, Phrygium verò, candido nitore splendidum, &c. Lorum & Phrygium, velut synonyma usurpatum. Glossemata vetustissima, etiam in Gratiani emendatione Romana adscripta, Phrygium, id est Mitram, explicant ad can. *Constantinus* 14. *Dist. xcvi.* Nec est quod quis requirat, cui contextui Donationis potius credendum, Græco, an Latino: utriusque idem fabricator. Nuperum verò Commentatorem meritò notauit doctissimus Salmasius in vera notatione vocis λόγος, in *Commentario ad Scriptores Historia Augusta*, & ad *Tertullianum de Pallio*.

Constat itaque, Pallium esse insigne proprium Maiorum Episcoporum, id est summi Pontificis, Patriarcharum & Archiepiscoporum: quo insigni distinguuntur ab Episcopis, cum quibus reliqua insignia Episcopalia habent communia, Mitram, Annulum, Virgam, sive Ferulam, Chirothecas, & Sandalia.

Pallij ademptio, Depositionis signum. Et sicut traditio Pallij perficiebat Archiepiscopum; ita & ademptio Pallij signum erat exauctorationis & depositionis, vel abdicationis, sive renunciationis. *Acta Metrophanis in Photij Bibliotheca.* Coram Episcopis, Constantino Magno rogante, Metrophanes Episcopus Constantinopolitanus ex morbo decumbens Successorem suum designat Alexandrum Presbyterum absentem; & in signum abdicationis, dicitur ὁμολογεῖν depositisse super sacram mensam, mandans illud seruari Successori suo: οὕτω τὸ ὁμολόγεον, τὴν σῆμαν εὐαπόθεσην τελεῖν, εἰλεῖνδός αὐτὸν αὐτὸν τῷ διαδόχῳ. Concilium Chalcedonense *Aetione xi.* de Basiano Ephesino Metropolitanō, μετὰ βίαιης αἴτησης μετὸν τοῦ τεμβόλων. Τοῦτο ισχεῖν, καὶ πάτε τὰ ὑπέρχοντα μοι, καὶ λαβόντες ἔντα εἰς ἀυτὸν Γενετοντας & Στελεχοντας αὐτὸν Επίσκοπον. Theodori Lectoris excerpta lib. 2. loco ab Interpretate non intellecto. Euphemio Patriarcha Constantinopolitano expulso, & relegato ab Anastasio Imperatore, Macedonius inuitus Patriarcha constitutus est ab Imperatore. Sed ut testaretur Macedonius, se non sponte admittere Patriarchatum, aditurus Euphemium & vale dicturus, sibi iussi ab Archidiacono adimi τὸ ἐπισκοπικὸν ὁμολόγεον. Qui locus comparari debet cum veteri Interpretate Nicephori Monachi, vna cum veteri versione Eusebij à Rhenano edito.

Reliquos errores Interpretis in historia memoria dignissima, breuiter adnotauimus in studiosorum gratiam; nec displicebit παρακείμενος. Ioannem Pricium, lege Patricium: πεινεῖν; error ex Compendio Literarum. Μετατοίχος, dictio latina origine: Metata quid sint, notum. Significatur hīc pars domus Episcopalis, in qua salutatui Episcopum admittebantur, & aduenae, seu peregrini excipiebantur. Episcopum oportet esse πατέρες. Inde occasio rapta sicarij immittendi, velut ignoti, qui Euphemium adoriretur: malè apud veterem Nicephori Interpretem *Martyrium* legitur. Paulus defensor Ecclesiæ, εκδικοῦσ, τελεταρίδιον vibratum in Patriarcham gladium, casu potius, quam sponte exceptit: proceritas staturæ ei nocuit. Sicarius tamen ab Ecclesiastico viro, qui in Comitatu Episcopi aderat, arrepta for-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTOR. &c. 221
tuitō serra, occisus est. Anastasius non destitit. Euphemium, nullo
conuocato Concilio, ab Episcopis quibusdam, qui pro tempore &
more in vrbe Regia versabantur, deponi curauit. Et ne quid dees-
set, in exilium relegauit εἰς Εὐχαῖτην. Substitutus est in eius locum
vir bonus & pius Macedonius Per Macedonium ab Imperatore pe-
tit Euphemius ἀόρατον obtineri, verbum, fiduciam, unfaufconduit; ut
absque vitæ discrimine in locum exilij abduceretur. Impetrauit Ma-
cedonius. Præterea sumptas fœnori pecunias in viaticum Euphemio
largitus est. Nec ista quidem notaremus ab Interpretate non intellecta,
nisi & illustrissimus Baronius eum securus fuisset; & asperius nec se-
mel Euphemium perstrinxisset.

Exciderat Non. 28. Iustin. quæ declarat Εὐχαῖτην situm, de quo
non conuenire video: ὅπου μὲν πόλεις Κυπρίσιον & Ελευθόποτον, τούτη δὲ
Αναστατική, καὶ Ιωνία, καὶ Εὐχαῖτην. Qui locus exilij Euphemij: cuius &
non semel Nicephorus Callistus meminit.

Confirmat etiam d. Non. cap. 2. quod de Ordinatione Metropolita-
norum Ponticæ Dicæcseos diximus in tit. de Electione, eos fuisse à
Patriarcha Constantinop. ordinatos, secundum definitionem Concilij
Chalcedon. & antiquum morem, καὶ μέχεται τοῦ λόγου. Julianus Ante-
cessor aperte. Duarum autem istarum Ciuitatum Episcopi, in Constan-
tinopolitana Ciuitate consecrentur, & sint & ipsi Metropolitani, & Mu-
nicipiorum Episcopos singuli ipsi consecrent. Χειροτονίας, χειροτονίαν verbis
vtitur Iustinianus; Julianus Consecrationis & Consecrandi: vetus In-
terpres ordinandi verbo: quæ eodem recidunt. Longius aberrauimus.
Pallio nos deinceps inuoluamus.

Liberatus in Breuiario cap. 21. Anthimus videns se Sede pulsum,
Pallium quod habuit Imperatoribus reddidit. & cap. 23. ita de Paulo
Alexandrino Patriarcha: asferentes Paulo Pallium deposuerunt. Ana-
stasius in vita Syluerij. Ioannes Subdiaconus tulit Pallium de collo eius,
& expolians eum induit ueste monachica. In VI. Synodo sub Aga-
thonē Actione 8. Macarius Monothelita Antiochenus Patriarcha de-
ponitur; & nudatur circumposito ei Pallio; & in Synodica eiusdem
Concilij ad Agathonem. Pastoritia pelle merito ipsum denudauimus.
Μάργεον τὸ ποιμαντικὸν δοεῖς ναὶ ἀξιας απηγνυμένοιδι. Pellem vocat δοεῖς;
quia Pallium illud mysticè contextum intelligebatur, quasi ex vellere
ouis deperditæ, quam Christus humeris impositam gregi suo reddi-
dit. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 136. & Germanus Patriarcha Con-
stantinopolitanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum. Nicetas in vita
Ignatij scribit in depositione eius Photij iussu in Pseudosynodo so-
lemniter facta, primum ὠμονόον detractum à Procopio quodam Sub-
diacono. Apud Flodoardum lib. 4. cap. 35. ita loquitur Artaldus Re-
mensis Episcopus. Qui postquam me in potestate sua conspiciunt, qua-
rare cœperunt, ut eis Pallium à Sede Romana mihi collatum traderem,
& Sacerdotali me ministerio penitus abdicarem. In Concilio Romano
de exauctoratione Benedicti V. à Leone VIII. & Othono Imperatore
facta. Pallium sibi abstulit, quod simul cum Pontificali Ferula, quam
gestabat, domino Papa reddidit: quam Ferulam idem Papa fregit, &
fractam populo ostendit. Ex quo loco præterea confirmatur, quod supra

An. Domini
963.

ad tit. de Elect. Pontifices Romanos etiam gestauisse Baculum pasto-
ralem, sicut & reliquos Episcopos: quod nec doctissimum Costam
fugit. Sed eum fugit Regino, qui utrumque confirmat Chronic.
Regino. Desit enim Regino an. Christi 908.

lib. 2. Tunc Leo Apostolicus, coadunata multorum Episcoporum Synodo, eundem Benedictum Romanae Sedis iurisdictorem indicio omnium ab in- uaso gradu deposuit, & Pontificale Pallium, quod sibi imposuerat, absit, Ferulamque Pastoralem manu eius arreptam coram omnibus in frustra confregit: & ad preces Imperatoris diaconatus ei tantum gradu uti concessit. In Electione Paschalis II. Anonymus eiusdem temporis Scriptor apud Baronium ad annum 1100. nn. 5. Est locatus in utrisque Curulibus, sedibus scilicet eburneis: data est ei Ferula in manus

Ex his colligimus, Pallij usum per vniuersam Ecclesiam tam Oc-
cidentis quam Orientis usurpatum, & insigne proprium Patriarchar-
um & Metropolitanorum fuisse.

Pars II. & III.
Pallij origo &
antiquitas.

PALLI autem Origo est antiquissima: moribus tamen & con-
suetudini, id est iuri non scripto adscribenda; non iuri scripto &
canonibus antiquorum Conciliorum. Agnoscit Paschalis II in cap. 4.
de Elect. Qua in re ab autoritate, dignitate & iure Patriarcharum
& Metropolitanorum distinguitur Ius Pallij. Quamuis enim plen-
tudinem Archiepiscopalis officij; imo & appellationem Archiepisco-
pi conferre dicatur Pallium: ad executionem tantum id referendum.
Nam per Consecrationem ius & res ipsa, Dignitas Patriarchalis
vel Archiepiscopalis accipitur; quae iure scripto, id est quatuor Ge-
neralium Conciliorum canonibus definita & confirmata fuit, & Pon-
tificum Decretis approbata; vt praecclare disputat Hincmarus Remen-
sis Archiepiscopus epist. 6. editionis Moguntinensis: qua etiam probat
Romanos Pontifices Legatis suis vices suas committere solitos sub
hac conditione vel clausula, saluis semper priuilegiis, qua *Metropoli-
tanis decrevit antiquitas.* In epistola vero 2. edit. Paris. sub finem
Hincmarus ait Pallium & priuilegia se ideo petiisse à Sede Apostolica:
quia veteres Constitutiones, quibus nempe iura Metropolitanorum
sunt constituta, iam quasi pro vili apud quosdam habentur; his nonis
Decretis carnales & animales homines magis terrentur.

Eius usus tam
in Occidente,
quam in Orien-
te.

Diximus antiquissimum fuisse Pallij usum, etiam in Oriente. Præter
loca supra citata confirmat Liberatus in Breuiario cap. 18. vbi qui
chartam damnationis, à Felice Pontifice scriptam aduersus Acacium
Patriarcham Constantinopolitanum detulerunt; quia Patriarcha no-
luerat chartam suscipere, per quendam Monachum, dum ingre-
deretur ad celebranda sacra, curauerunt suspendere in eius Pallio &
discedere.

Anno circiter
420.

His addimus ex supra citata Isidori epistola, Episcopos, quibus
Pallij ius competit, non toto tempore Missæ illud gestasse, sed tan-
tum usque ad recitationem Euangeli. Tunc enim ad surgere sole-
bant & deponere Pallium, quasi adueniente verò pastore Christo.
Τὸ δὲ ὀμοφόριον εἴς ἕρεμον, αὐλαῖον, οὐλίκον, &c. στεννούς τὴν διὰ τὸ σχῆματος,
(gestatione & habitu, ὀμοφόριῳ.) ὃν μηδέποτε ἐστὶ τὸ ἀγαθοῦ γέ μογάλου πο-
μπόρος, καὶ περιστήσεις ἀκριβῶς. Et postea καὶ ὑπερίστατο, καὶ ἀποπέμπεται τῷ

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTOR. &c. 213
ex tua & universa omissione. Diligenter attende: & assurget, & habi-
tum imitationis deponit. Quis autem ille habitus, nisi Pallium? Sicut
ante dixerat, attentionem & observationem requirit: ut illa duo no-
tentur diligenter & separentur, assuratio Episcopi, & depositio Pal-
lij eo tempore, quo incipit recitatio Euangelij.

Cuius moris intermissi, & restituti mentio fit in Synodo VIII. An. Christi
contra Photium actime 10. can. 27. in Latinis, & in Græcis can. 869.
14. quo non tantum prohibetur usus quotidianus Pallij ad reprimen-
dum fastum quorumdam; sed etiam prohibentur omni tempore diuini
Sacrificij & omnis alias Ecclesiastici mysterij, hunc incepere portantes.
Lege ministerij. In Græco επει την της δικαιουσίας, καὶ τοιούτης
άνθρωπος οὐκέτι ποτέ ποτε. Nam statim atque recitabatur Euangelium
deponendum erat Pallium.

In eodem Concilio can. 16. & 17. fit mentio Pallij, & in Actio-
ne 9. sub finem. Nec antea reperimus in generalibus Synodis qui-
quam nominatum cautum de Pallio. Itemque licet deprehendere dif-
ferentiam fuisse in forma Pallij, & modo utendi inter Orientis &
Occidentis Ecclesias. Imo & Occidentalem Ecclesiam circa formam
& usum Pallij variasse, pridem viri docti notarunt.

Verissimum est autem, quod ait Paschalis cap. 4. de Elect. in inte- Per universam
gra Decretali: ab Apostolica Sede per universam Europam impetrari Europam Pal-
lium à Summo
Pallium solitum.

A Gallia incipiamus. Arelatensis ciuitas Metropolico iure donata Pontifice postu-
est iam inde à temporibus Leonis Magni sub Rauennio Metro- lati solet.
politano, post celebrem contiouersiam inter Leonem & Hilarium Gallia consue-
Archiepiscopum Arelatensem: & per consequens ius Pallij concessum. tudo circa ins.
Quod tributum Cæsario à Symmacho Papa, Auxanio à Vigilio, post Pallij.
requisitum tamen Iustiniani Imperatoris assensum; & eis præterea Non per uni-
per vniuersas Gallias Sedis Apostolicæ vices fuisse commissas, docent uersas absolu-
Leonis, Symmachi & Vigilij epistola, quæ tomo 1. Conciliorum Gal- tè, sed per
liæ inseruntur [pag. 84. 85. 89. 90. & tribus seqq. 99. 100. &]. 270: uniuersū Chil-
In Synodo generali V. Collatione 7. fit mentio literarum Vigilij ad deberti in Gal-
Aurelianum Successorem Auxanijs his verbis, alias scriptis ad Au- liis regnum Au-
relianum Religiosissimum, qui præsidet Arelati veneranda Ecclesia, quæ xanio Commis-
prima est sanctorum Gallia Ecclesiarum. Nominatum Gregorius I. in sæ vices. Null-
can. 3. Causa xxv. Quæst. 2. Extat integra epistola Gregorij in fine los verò Vica-
Registri, & apud Bedam libro Historia Ecclesiastica gentis Anglorum: rios Symma-
vbi ab Ætherio* Arelatensi Episcopo consecratum Augustinum Archie- chus in Gallia;
piscopum Angliæ secundum iussa Gregorij memorat. Ætherij verò Francis subdi-
Successori Virgilio idem Gregorius I. lib. 4. epist. 51. ad petitio- ta habuit, sed
nem Regis Childeberti concessit Pallium: quem Virgilium idem Gre- in Gothica Cæ-
gorius lib. 5. epist. 58. Metropolitanum Galliarum vocat. Ex quibus sarium anno
constat antiquissimam esse Metropolim Arelatensem; imo & ante Leo- Christi 513.
nem I. qui veterem contiouersiam inter Viennensem & Arelatensem Nullum etiam
Ecclesiam composuit, diuisis & adsignatis cuique suis parcellis: cu- in Galliis Vica-
ius Sententiam, sicut & antecedentium Romanorum Pontificum, Zo- rium instituit
zimi †, Bonifacij & etiam sequentium, nempe Hilarij, Anastasij, & Leo:
Symmachi, quibus confirmatur Sententia Leonis, inseruit vir omni. * Arelate nom-

sedit *Ætherius*, laude maior Iacobus Sirmondus *tomo 1. Conciliorum Galliæ pag. 91.*
sed Lugduni. & 186. In quibus Pontificum rescriptis mentio fit *constitutionis cele-*
Arelatensem berrimæ Honorij & Theodosij Iunioris, quæ ius Metropolis Arela-
Ecclesiam rexit tensi Ciuitati primūm tribuit. Vide doctissimum Salmasium *Tractatu*
Virgilius, quem de Suburbicariis parte 2. cap. 4.

cum *Ætherio*

Beda confudit. Licerio verò, non *Ætherio* successit Virgilius.

† Bonifacij & Zozimi Sententiæ è Diametro pugnant.

Hæc ideo pluribus, ne quis fortè autoritate Iosephi Scaligeri
ductus, existimet Arelatum Metropolim esse recentissimam; & Are-
latensem Episcopum Metropolitani honore & iure donatum serò.
Nec erit alienum adiungere Ioannis VIII. *epistolas 93. 94. 95. 98.*
& 191. *ad Rostagnum Arelatensem Archiepiscopum* pertinentes, qui sub
[Carolo Caluo &] Ludouico Balbo vixit.

Circa annum
864.

Superioribus addimus, per Bonifacium Moguntinensem Legatum
Sedis Apostolicæ per Gallias, Rothomagensi, Remensi, & Senonensi
Metropolitanis Pallia fuisse concessa in *epistolis eiusdem Bonifacij*
143. & 144. lib. 4. *Capitularium cap. 39.* & *Glossarium Legum anti-*
quarum in voce *Pallio sublimari*. Exempla recentia frequentissima
sunt: quare supersedemus. Vide *notas Jureti ad epistolam 250. Iu-*
nonis Carnotensis.

Anglia con-
suetudo.

Quod ad Angliam pertinet. A Gregorio I. Augustinus totius An-
gliæ Metropolitanus constitutus est, & ab eo ius Pallij accepit; sicut
& eius Successores à sequentibus Pontificibus, Beda *Historia Ecclesiastica gentis Anglorum lib. 1. cap. 29.* & *lib. 2. cap. 8. 17. & 18.* Boni-
facius Moguntinus *epist. 140.* cui magis ea in re fides est habenda;
quia in Anglia, quam transmarinam Saxoniam vocat, natum se &
nutritum ait in *epist. 132. ad Zachariam Pontificem Romanum*. Notan-
da etiam Canuti Regis *epistola* apud Malmesbur. *de Gestis Anglorum*
lib. 2. cap. ii. Quem morem continuatum in Anglia non dubito: &
recentatum fuisse post Guillelmi I. victoriam, conuincunt Eadmeri
Historia nouorum, & Anselmi *epistola 36. 152 & 153.* quas exscr psit
Eadmerus p. 99. & seqq. qui locus explicat dictas *epistolas*. [Præterea
apud eundem Eadmerum obserua solemnem Pallij delationem in An-
gлиam ab Anselmo Abate ad petitionem Regis & Conuentus Can-
tuariensis *lib. 5. pag. 113.* his verbis. *Prafatus Anselmus Pallium in*
vasè argenteo honorifice perferens, &c.] Postremò ex plerisque locis
Historia Ecclesiastica Britannia doctissimi Parker colligitur: qui hunc
morem durasse refert usque ad postrema tempora in *vita Henrici*
Deani Cantuariensis Archiepiscopi sub Henrico VIII. anno 1500,
vbi & formam concessionis Pallij ab Alexandro VI. præscriptam, &
simul formulam iuramenti in traditione Pallij præstiti ex *Archivis pu-*
blicis transcripsit

Hibernia.

[Quid de Hibernia? Illa olim, sicut & Scotia, Cantuariensi Ar-
chiepiscopo suberat tanquam Primi, ut constat ex Anselmi Can-
tuariensis *epist. 147. lib. 3.* quam scribit Hiberniae Regi, quod promo-
ueat emendationem vitiorum, quibus Hibernica Ecclesia erat infecta;

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTOR. &c. 225
& ex Eadmeri lib. 1. nouorum sub Vuillimo II. initio, ac Seldeni no-
tis ad eum locum. Scotia tamen Iure Metropolitico Eboracensi Ar-
chiepiscopo erat subdita, vt discimus ex eiusdem Anselmi lib. 3.
epist. 149. quâ vetat, ne Eboracensis Electus priùs quendam in Sco-
tia Episcopum consecret, quâm ipse Cantuariam consecrandus ac-
cesserit; itemque ex Roberto de monte Nauali in *Supplemento Sig-
berti* pag. 1156. in fine. Postea constitutæ in Hibernia sedes Metropo-
liticæ, vna primùm, deinde & altera, vt ex S. Bernardo constat in
vita Malachiæ cap. 10. 15. 16. & 30. ex quibus capp. maximè 16. & 30. In Cap. 10. no-
patet Malachiam Romam profectum, ab Innocentio II. sibi & alteri tatur à S. Ber-
Metropolitæ Pallium petuisse: quod ab Innocentio dilatum, cùm ite- nardo Hiber-
num petiturus ab Eugenio III. Romam pergere vellet, non obtinuit, niæ abusus in
morte præuentus, vt ex dicto cap. 30. discitur. Quibus etiam in locis uxoratis eli-
id obseruatur, ante Pallij concessionem eas Metropoles in Hiber- gendis Episco-
nia fuisse constitutas. Quatuor postea in ea erectas notat Matthæus pis, & Episco-
Paris ad annum Christi 1151. Duarum quidem nomina occurunt lib. 13 patibus iure
Registri Innocentij III epist. 48. & 194. Cassellensis scilicet & Ar- sanguinis de-
machanae: reliquæ citatis locis non nominantur. Qua quidem epist. 48. ferendis.
Innocentius Ecclesiam Cassellensem sub protectionem Sedis Apostoli-
cæ recipit; & Donato Cassellensi Archiepiscopo Pallium mittit, vt co-
vtatur iis diebus, quibus vsos fuisse eius decessores cognoverit. Prima
potro & sola ab initio Metropolis Armachana fuit. Vide quæ diuer-
sis locis scripsit Husserius Primas Armachanus *libro antiquit. Britan.*
Ecclesiæ, maximè cap. 16. Quibus adde Giraldum Cambrensem
parte 3. *descriptionis Hibernia* cap. 17. 27. 28. & 29. Stanihurstum *de*
rebus Hibernicis pag. 256 & quæ nos supra pag. 147. in fine.]

De Germania idem censendum: nam Bonifacius à Gregorio II. *Germania.*
primùm Episcopus Romæ consecratus, & postea Legatus per Germa-
nias Sedis Apostolicæ constitutus, tandem à Gregorio III. per Nun-
cios Archiepiscopatus dignitate & Pallio honoratus est, Autor vita
Bonifacij cap. 8. Ipsius Gregorij III. epistola habetur inter Bonifacij
epistolæ num. 123. Bonifacius ipse agnoscit epist. 105. qui & generaliter
ait, se in Synodali conuentu decreuisse, ut omnes Metropolitani Pal-
lium à Sede Apostolica quererent.

De Septentrionalibus populis Daniæ & Sueciæ idem statuendum:
qui quidem primùm paruerunt in Spiritualibus Bremensibus &
Hamburgensibus Metropolitanis; & Pallium à Sede Apostolica obti-
nere solebant, vt constat ex *Historia Adami Canonici Bremensis*.
Postea in Dania Lundensibus & in Suecia Vpsalensibus Metropoli-
tanis nouis, à Pontificibus Romanis constitutis Pallium etiam con-
cessum, vt colligitur ex *Historia Saxonis Grammatici*, maximè lib. 13.
sub finem, & cap. 4 de Eleæt. in integra.

Quod autem Guillelmus Neubrigensis in *Prefatione Historiæ* ait,
Septentrionales populos Danos & Gothos contentos fuisse Episco-
pis, nec Pallium vel Metropolitanos desiderauisse; fallitur. Nam Dani
& Goths primò suberant Metropolitanu Bremensi; cui postea post
propagatam fidem in illis partibus subtrahi petierunt à suis Regibus

& Episcopis: quorum precibus Metropolitanos cum iure Pallij Pontifices instituerunt, ut supra diximus.

Hungarie.

Idem de Hungaria colligitur ex cap. 4. de Postulatione in fine, & ex dicto cap. 4. de Electione in integra.

Italie.

Multò magis idem in Italia obtinuit. Et quidem constat Gregorium I. Rauennatensis Metropolitanis concessisse Pallium; tempus & modum utendi præscripsisse; & usurpationes & abusus Ioannis Rauennatensis Metropolitani coercuisse lib. 2. Registri epist. 54. lib. 4. epist. 10. 14. & 18. & lib. 5. epist. 1. 2. & 8. Ex quibus explicandi sunt canones 7. & 8. Dist. c.

Sicilia, &
Sardania.

Idem ius in Sicilia & Sardinia Pontifices habuerunt iam inde à temporibus Gregorij I. vt ex variis epistolis eiusdem constat, & aliis Scriptoribus, quos collegit nuper Autor Dissertationis de iure antiquo Ecclesiae Siculae. Vide cap. 4. de Electione, & cap. 3. hoc tit. & Gregorium VII. lib. 1. Registri in fine, qui neglectam & intermissam à Metropolitanis Pallij impetrationem in usum reuocauit; seuerè coercitis Metropolitanis non obtemperantibus.

Hispanie.

In Hispania Gregorius I. ad petitionem Recaredi, Leandro Hispanensi Metropolitanu ius & autoritatem Pallij concessit libro 7. Registri epistola 125. & 126. quo pertinet caput 5. hoc tit.

Illyrici.

Tropoës Græcè,
de quo supra
pag. 133. &
163.

Idem ius per uniuersum Illyricum obtinuit. Nam Thessalonicensi Metropolitanu, deinde Metropolitanu Iustinianæ primæ, & postremis temporibus Trinouitano ius Pallij concessum est. In quo concedendo, sicut de Arelatensi diximus, vices suas per Illyricum, Pontifices concedere solebant, Iustinianus Nonella 1. & 16. cap. 3. Gregorius I. lib. 4. epist. 15. ad quam in editione Romana plures aliae similes adnotantur. Ad ea verò, quæ de tribus istis Metropolitanis viri doctissimi scripserunt in Tractatibus de Suburbicariis, iunge potissimum Nicolai I. epistolam ad consulta Bulgarorum cap. 73. & in appendice epist. 1. & 2. ad Photium; eadémque de re Ioannis VIII. epist. 174. 175. 176. 199. & 201. Innocentij III. lib. 15. Registri epist. 18. ad quam de Thessalonicensi plenissimè doctissimus Bosquetus, & eiusdem Innocentij III. Gesta pag. 50. 51. & sequentibus, & iterum 70. & 71. Ex quibus locis præterea discimus, Statum publicum tam imperij Bulgariae & Blachiæ, quam Ecclesiæ: de quo pleniùs dicendum ad cap. unicum de sacra Vnctione; in cuius fine mentio fit in integra Pallij missi ad Archiepiscopum Bulgariae.

Corinthi,
Usurpationes
Constantinopo-
litani Patriar-
chæ aduersus Se-
dem Romanam;
de quibus su-
pra pag. 177.
§. est autem.

Idem de Corinthiorum Metropolitanu Gregorius I. lib. 4. epist. 51. Quamuis paulatim Patriarchæ Constantinopolitani potentia & au- toritate Imperatorum pollentes, has primùm Metropoles, sicut & Siciliæ, & aliquot alias sibi vindicauerunt, in iniuriam Romani Pon- tificis, cui ab initio suberant, sicut & in ipsis Græcorum Notitiis ad- notatur. Qua de re sæpiùs conquesti sunt Romani Pontifices; maximè Adrianus I. Nicolaus I. & Ioannes VIII. locis citatis: qui & postea inuitis & contradicentibus Constantinopolitanis, Bulgarorum Eccle- sias primùm, & tandem Siculas omnes receperunt.

Quod magis est; eodem iure, nempe Patriarchico Pontifices Ro- mani

mani vñi sunt in Constantinopolitanum Patriarcham. Byzantium enim Id falsum pro-
ab initio Episcopatus tantum erat sub Heracleensi Metropolitano Eu-
ropæ : [de cuius jure vide Philostorgij hist. lib. 9. cap. 10. Quamuis ad Habertus
enim Constantinopolitano Concilio primùm ; deinde Chalcedonensi Pontificale
constitutus fuerit Patriarchatus Constantinopolitanus : iuri tamen Ro-
manæ Sedis derogari non debuit. Vnde meritò Luitprandus Cremo-
nensis Episcopus in Legatione 2. Constantinopolitanâ ad Nicepho-
rum Phocam nomine Othonis I. quæ extat apud Baronium ad annum
Christi 968. Scimus , imò videmus Constantinopolitanum Episcopum
Pallio non vti , nisi sancti Patris nostri permisso. Deinde ait : Cum Al-
bericus in urbe Româ tyrannidem exerceret , & Apostolicum Dominum ,
quasi sernum proprium in Conclavi teneret , Romanus Lacipenus Impe-
rator filium suum Theophylactum Eunuchum Patriarcham constituit ,
& muneribus apud Albericum effecit , ut ex Pape nomine Theophylacto
Patriarchæ litteræ mitterentur , quarum autoritate tūm ipse tūm Suc-
cessores eius absque Paparum permisso Palliis uterentur : ex quo turpi
commercio vituperandus mos inolevit , ut non solum Patriarchæ , sed
etiam Episcopi totius Græcæ vtantur Palliis.

Ex superioribus per enumerationem probauimus , ex inueterata
Consuetudine Pontificem Romanum , per vniuersum Patriarchatum
suum , ius concedendi Pallij habuisse.

PATRIARCHÆ AVTEM , solo constantinopolitano excepto , Patriarchæ au-
tore diximus , videntur sibi autoritate propriâ Pallium sumpsisse. Patriarchæ au-
toritate propria

Et Romanus quidem Pontifex in sua Consecratione propriis ma- Pallium sume-
nibus Pallium in se transfert ; nec ab alio accipit. Anonymus , qui bant.
Electio nem & Consecrationem Paschalis II scripsit , apud Baronium
tom 12. ad annum Christi 1100. num. 6. Primus in Consecratione Oddo
Ostiensis , qui ad hoc utitur Pallio , & benedixit & linxit chrismate.
Catholice igitur à Catholicis & Orthodoxis Episcopis in Pontificem con-
secratus , TRANSLATO in se Pallio , expletisque iis , quæ resta-
bant , &c.

Neque obstat , quod ex veteri Ordine Romano , qualiter ordinetur
Romanus Pontifex , colligitur , Archidiaconum mittere , hoc est indu-
re , siue aptare ei Pallium : nec quod Anonymus ille Magister Ce-
moniarum , iam supra laudatus , scribit lib. 1. sect. 2. de Consecratione ,
Benedict. & Coronat. Romani Pontificis ; Priorem Diaconorum , secundo
adiuuante , capere Pallium de Altari , & imponere Pontifici : & sect. 10.
eiusdem lib. tit. de Pallio , & quomodo trad. ipsi Romano Pontifici in sua
Ordinatione , & Consecratione ; neminem imponere Pallium , nisi Prio-
rem Diaconorum . Nam certè summus Pontifex Pallium assumere ipse
censetur , quod imponi ei consuevit , non ab illo quidem , à quo Con-
secratur ; sed à Ministro , nimirum ab Archidiacono , siue à Priore
Diaconorum , qui nulla omnino in tota illa celebritate pollet autorita-
tis specie.

De Patriarchæ verò Alexandrini Ordinatione , Libertatus in Bre- Vide Leontium
uiario cap. 20. sic loquitur. Consuetudo quidem est Alexandria , illum , libro de Sectis ,
qui defuncto succedit , excubias super defuncti corpus agere , manūque & Habertum
PARS PRIMA.

*ad Pontificale
Eccl. Graecæ
pag. 460.*

dexteram eius capiti suo imponere ; & sepulto , manibus suis accipere collo suo B. Marti Pallium ; & tunc legitimè sedere.

Idem de Antiocheno tentari potest ; ex antiqua nempè consuetudine , Rodulphum , secundum ex Latinis Antiochiæ Patriarcham , Pallium de Altari B. Petri , nulla ad Ecclesiam Romanam habita reuerentia , propria autoritate assumpsisse , Guillelmus Tyrius lib. 14. cap. 10. & lib. 15. o. p. 13. quo loci scribit Rodulphum Romæ accusatum , coactum fuisse resignare Pallium , quod in iniuriam Sedis Apostolice , ut dicebatur , sumpserat : eoque Cardinalibus tradito , aliud Pallium sumptum de corpore B. Petri , more solemni per Priorem Diaconorum traditum esse.

CONSTAT AVTEM ex ean. 17. Synodi VIII. in Latina versione Anastasij , ad Patriarchas omnes Metropolitanorum , qui sibi subsunt , promotionem pertinuisse , siue per manus impositionem , siue per Pallij dationem fieret .

Circa an. D. Postquam verò Francorum & Occidentalium armis subacta fuit 1098. & 1099. pars Orientis maxima , & ipsum Constantinopolitanum Imperium ex Quando fuerit parte occupatum ; quæ bella auspiciis & consilio Pontificum potissimum constitutum , vt mūm gesta fuerunt : sicut status publicus valde immutatus fuit ; ita & omnes Patriarchæ Ecclesiasticus * : & constitutum , vt sine consensu Pontificis Romani Patriarchæ à Summo triarchæ non constituerentur : à quo præterea tenebantur Pallium impetrare , Pontifice Palij præstito Fidelitatis & Obedientiæ Iuramento .

lum impetrarent. Sed illi omnes Patriarchæ & Latini , & Latinorum fuerunt ; non aliorum .

* An. D. 1204.

Ita etiam vicissim Patriarchis in concessione Pallij permittitur Pontifice , vt Metropolitanis suis Pallium concedant , & sibi professionem canonicam , & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientia iuramento interueniente exigant , cap. antiqua extra de priuilegiis , Gestæ Innocentij III. pag. 102. in quâ inseritur epistola Innocentij III. Patriarchæ Constantinopolitano : in cuius fine notandum est , licet dixerimus suprà ex cap. vlt. hoc titulo , regulariter Pallij usum prohiberi , cùm celebrantur Missæ pro defunctis ; speciali tamen priuilegio posse concedi usum Pallij , diebus etiam non expressis in concessione & traditione Pallij , vt in epist. 38. lib. 6. Registri Gregorij VII. Quod tamen persone tantum , non loco concedi ait .

Notandum autem Minoribus Patriarchis , siue Primatibus non absolutè permitti , vt concedant Pallium Metropolitanis , qui eis subsunt ; sed cum hac forma . Per Nuntios tām Primitis quam Ecclesiæ simul , cui præest Electus , Pallium peti solet , per Primate deinde conferendum . Quod si Legatus vel Nuntius Pontificis intersit , pariter cum eo Primas collationem Pallij exsequitur . Gestæ Innocentij III. loco citato ; vbi de Primate Bulgariæ .

Quin & Metropolitanæ , inuito Consecratore , Patriarcha scilicet proprio vel Primate , recta via possunt à Pontifice obtinere , Guillelmus Tyrius lib. 13. Belli Sacri cap. 23.

Vt tamen vnicuique ius suum seruetur, antequam Metropolitani consecrentur, & obedientiam Patriarchis vel Primatibus præstiterint; idque significatum fuerit Pontifici per eorum litteras: non solet Pallium concedi. Quam in rem notandæ sunt epistola Anselmi Cantuariensis 152. & 254. quibus pro Commentatio erit Eadmerus lib. 4. Historia Nonorum pag. 99. & seqq. qui & epistolas Anselmi, & ipsius P. Schalii II. Rescriptum inseruit.

Metropolitanis verò necessitas imponitur petendi Pallij per se, vel per Procuratores aut Nuncios ad id specialiter deputatos, intra tres menses continuos, à die Consecrationis numerandos can. 1. Dist. c. Petrus Damiani lib. 7. epist. 4. nomine vniuersi Collegij Cardinalium scripta ad Agnetem Imperatricem, Epist. 1. lib. 9. Registri Gregorij VII. & epist. 116. lib. 1. Registri Innocentij III. iuncto cap. 2. de Translatione. Nec aliter rectè petitur, nisi simul Fidei suæ expositionem mittat, qui petit: in qua non tantùm Conciliorum, sed etiam suarum Decretalium constitutionum mentionem fieri volunt Pontifices, dicto can. 1. & 4. Dist. c. Zacharias epist. ad Bonifacium num. 144. inter Bonifacij epistolas.

POTISSIMUM autem propter vnitatem atque concordiam ser- Pars IV.
uandam cum Pontifice, videtur Pallij usus excogitatus. Quare & in eo De Iuramento
concedendo Iuramentum Obedientiae & Fidelitatis exigitur à Pontifice, in traditione
vel ab eo qui Pontificis nomine Pallium tradit: & in ipsa tra- Pallij, &c.
ditione præstatur Iuramentum. Maior enim sollicitudo Ecclesiarum
& cura Populorum, propter Pallia credita & recepta, Metropolitanis incumbit, quàm cæteris Episcopis, qui proprias tantùm Parochias
procurant, vt ait Bonifacius Moguntinus epist. 105. & per hoc arctius
astrungi & obligari solent Ecclesiæ Romanæ.

Huius autem Iuramenti pro temporum diuersitate & ratione variæ
fuerunt Formulae: quarum exempla quatuor adnotabimus; quæ inter
se comparari operæ pretium erit.

Primum extat in cap. 4. de Iureiurando extra; quod in Collectione 1.
reperitur sub titulo de Elect. num. 20. eique rectissime in ea Collectione
subiicitur caput 21. longè pleniùs, quàm in cap. 4. de Elect. apud
Gregorium: in quo, vt infrà dicemus, de Pallio tractatur & de
Iuramento solemni in traditione Pallij.

Secundum extat in Gestis Innocentij III. pag. 64. & 102. vbi proponitur Formula huiusmodi Sacramenti exigendi, tam à Patriarchis & Primatibus, quàm à Metropolitanis in concessione Pallij. Et quidem in dicta pag. 64. refertur integrum caput ad honorem hoc nostro tit.

Tertium suppeditat ex Archiis publicis Angliæ Parkerus in vita
Henrici Deani Cantuariensis Archiepiscopi sub Alexandro VI. ad
annum 1508.

Quartum & postremum reperitur in Pontificali Romano Clementis VIII. iussu edito & restituto.

[Addere licebit nuperam Iurisuandi Gregorio XV. præstiti Formula à nouo Archiepiscopo Parisiensi, quam edidit nuper vir

Doctus Andreas du Saussai libro de *Mysticis Galliae Scriptorib.* pag. 226.
& seqq.]

Autor primæ Formulæ, id est dicti cap. 4. Gregorius VII. quamvis generaliter inscriptio concepta sit, *Gregorius Petro Subdiacono.* Edita videtur in Concilio Romano VI. sub eodem Gregorio VII. habito anno 1076. *Indictione 2.* vbi & illud iutasse Henricus Aquileiensis Patriarcha scribitur, scilicet in confirmatione sua & impetratiōne Pallij. Præcedenti quippe anno *Indictione 1.* in locum Sicardi electus fuerat Henricus à Clero & Populo Aquileiensi, & postea Pallium petierat, vt constat ex lib. 5. *Registri Gregorij VII. epist. 6.* & lib. 6. epist. 38. Ex quibus etiam notandum, quamvis ex *Electoribus quidam Schismatici* fuerint, vel *Electus ipse Schismaticus* fuerit; si tamen Electio facta fuerit canonice, solere per dispensationem confirmari, dummodo Schismatici ad Catholicam unitatem redire parati sint cap. 5. tit. superiori.

Formula Iuramenti dicti capituli 4. septem continet articulos, siue clausulas; quæ quamvis sub generali Fidelitatis & Obedientiæ nomine comprehendi possent: quia tamen laterent sub genere, Fidei partes & munia specialiter enumerari placuit atque designari: ne postea qui iurasset vlla tergiversatione aduersus Iuramentum se tueri posset. Tres primi articuli ex Feudis desumpti videntur tit. 5. & 6. *Feudorum lib. 2. de forma Fidelitatis.* Reliqui quatuor proprius spectant ad Canonicum ius.

Et quidem quarti verba notanda, *Papatum sancte Romana Ecclesie, & Regulas sanctorum Patrum.* In Concilio Romano & in antiqua; imò tam in recenti *Formula Alexandri VI.* quam in *Pontificali Romano nouissimo,* *Regalia sancti Petri* legitur: quæ est vera & antiqua lectio. *Regalia* autem, id est patrimonium sancti Petri, vt explicauimus in fine *Tituli de Elect.* *Innocentius III.* loco supra citato explicat, *Papatum Romanum, honores, dignitates, & rationes Apostolicae Sedis.* Idem exigebatur à Magistratibus Laicis, qui suberant Pontifici, *Innocentius III.* in fine lib. 2. *Registri.*

Nec tamen dubitamus veterem esse lectionem *Regulas sanctorum Patrum.* Nam *Innocentius IV.* & *Ioannes Andreas & Panormitanus*, & editiones ferè omnes eam retinuerunt; quam ita rectè explicant, canones esse fernandos ab Episcopis, & eos peierare, qui canones nec norunt, nec obseruari curant. Quare & in Consecratione Episcopi canones inculcari solebant: ne quid contra facerent, vt docuimus tit. de *Electione.* Desiderantur tamen ea verba in *antiquis*, & in *Alexandri VI. Formula.* In *Pontificali* vero Clementis, latissimè extenduntur; *Regulas sanctorum Patrum, Decreta, Ordinationes, seu Dispositiones, Reservationes, Proutisiones, & Mandata Apostolica, totis viribus obseruabo, & ab aliis faciam obseruari.* Quæ sane clausula latissimè patet; nec eam usus noster admittit in plerisque: [ideoque omissa est in *Formula Gregorij XV.*]

Quod vero ait, totis viribus, in antiquis cum temperamento, pro posse meo. Salvo ordine meo, contra omnem vincentem [Quæ verba defunt quoque in d. *Formula Gregorij XV.*] Salvo ordine, id est quæ-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTORIT. &c. 232
tenus decet Episcopum. Glossa explicat, *non cum armis*, ex Ambro-
sio. Quibus verbis, *salvo ordine*, Henricus II. Angliae Rex valde
commotus fuit aduersus Thomam Cantuariensem, qui in Iuramen-
tis & Tractatibus cum Rege haec verba solebat addere: nunc, *salvo
honore*; nunc, *salvo honore Ecclesie*; quasi conditionaliter, non autem
absolutè concordiam iniret; Matthæus Paris in *Henrico II.* & Ioan-
nes Saresberiensis epist. 186. Victus tamen tandem Henricus II. Ri-
chardi, Successoris Thomæ, Fidelitatis iuramentum amisit, cum hac
clausula, *salvo ordine suo*, nulla prorsus mentione facta de obseruan-
dis prioribus *Consuetudinibus Regni*, nempe *Clarendonie habitis*, in
præiudicium Libertatis Ecclesiastice; Matthæus Paris ad annum 1173.
in *Henrico II.* vbi de Henrici III. Coronatione.

Tres reliqui articuli pertinent ad *vocationem ad Synodum*, *Legato-
rum Apostolicorum susceptionem*, & *professionem Romanam*, siue quam
vocant, *visitationem liminum sancti Petri*. Idem tamen intelligendum de
quocumque loco, vbi Papa moratur.

Illa tamen tria ita commode & recte ab Episcopis praestari possunt,
dummodo consensus Regum & Principum interueniat; praesertim in
Gallia nostra, in qua absque Regis consensu & facultate, nec Legatum
Pontificis adire, excipere & comitari; nec regni finibus excedere, vel
ad Synodum vel ad Pontificem licet profici. [Ideoque velut laesæ
Majestatis crimen imputatum Hincmaro Laudunensi *tomo 3. Concil.
Galliae pag. 482. & 486.*] Quod nec hodie, nec heri; sed ab anti-
quo receptum fuisse constat ex pluribus epist. Bonifacij Martyris. Iuo-
epist. 274. & ibi doctissimus Iuretus, maximè in *notis postrema editionis
pag. 782. & 824.* Guillelmus Neubrigensis lib. 1. & *tomo 2. Libertatum
Ecclesie Gallicana tit. 19. num. 1. 2. 3. 4. & 5.* & accuratè notata ad 4.
numerum.

Ex quibus præterea discimus, in Angliam translatum fuisse hunc
morem. *Quin & inter Libertates & Consuetudines Regni ea de re
articulus intertus est*, Matthæus Paris pag. 96. Licet hunc articulum,
sicut & alios quosdam, Alexander III. improbauerit, teste Baronio
ad annum 1164. *num. 37. art. 4.* Imò & ante Guillelmum Conquisto-
rem Regi Canuto grauis admodum visa est profectio Romana, etiam
pro Pallio recipiendo, ut ex eius *epistola supra citata* constat. Quare
paulatim clausula, de *visitatione liminum beati Petri*, temperata est;
multis adhibitis distinctionibus in gratiam Episcoporum, *dicto Pon-
tificali Romano*, & tandem illam *Consuetudinem exoleuisse apud nos*,
atrociori stylo Molinæus notat ad *hunc Titulum*.

Addita est postea clausula *prohibitionis alienationum bonorum Eccle-
sie*, inconsulto Pontifice, [de qua in *cap. 8. extra de rebus Ecclesie
alien.* cuius Autor Celestinus III. & in *cap. 2. de Feudis*, cuius Au-
tor Innocentius III.] *Quam & reperimus appositam ab eodem Inno-
centio III. in eius *Gestis pag. 103.* repetitam deinde à sequentibus
Pontificibus: planiùs declaratam & extensam in *nonissimo Pontificali*.
[Deest tamen in *d. cap. 4. de Inreiuando*. Quare insertam post Grego-
rij VII. tempora constat.]*

Reliquas differentias non erit inutile colligere ex comparatione il-
Ee iij.

larum quinque Formularum. [Ex quibus constat nihil mutabilius illis Formulis, quibus pro libito vel addunt, vel detrahunt Pontifices: adeo que periculosisimum ex illis ius sumere. Sed potius sicut Regula; ita & Formula ad ius referenda & secundum ius explicanda est]

Et sanè verissimum est, Sedi Romanæ obedientiam tām Archiepiscopos, quām Episcopos, siue in concessione Pallij, siue in Consecratione Pontifici solitos præstare, iuramento etiam & scriptura interueniente: quam in rem notatu dignissimus indiculus Sacramenti præstiti Gregorio II. à Bonifacio Moguntino, quando à Pontifice Episcopus consecratus est & missus in Germaniam. Extat inter eiusdem Bonifacij epistolas, ordine tamen præpostero pag. 163. suo verò ordine tomo 1 Conciliorum Galliæ pag. 512. Et ipse Bonifacius in epistola 132. ad Zachariam Summum Pontificem, & in eius vita cap. 8. sub finem, postquam nempe Archiepiscopus Moguntinus creatus fuit, & ius Pallij accepit. *Sicut prædecessorum vestrorum, pro autoritate sancti Petri servi denoti, & subditi obedientes, & subditi iure Canonico.*

Tunc nec Moguntinæ, nec alius vlliis Sedis Episcopus fuit, anno 872 à Gregorio II. ordinatus contra canonem Chalcedonensem.

Nam sicut initio iure Canonico; sic & antiquissimo iure feudorum, Formulæ iuramenti simplicissimæ fuerunt, ut notat Cuiacius ad tit. 5. lib. 1. de Iure Feudorum. Vide Glossarium antiquarum Legum, in voce fidelis Regis, vbi variae fidelitatis Formulæ iam olim sub Pipino & eius Successoribus, tām ab Episcopis, quām à Laicis præstari solitæ referuntur; & nos suprà tit. de Electione.

Quare meritò Glossa ad can. 22. Causa xxi. Quest. 5. notat Imperatori. (idem & de Regibus dicendum,) Fidelitatem iurare Episcopos. Et sanè verissimum est canonem illum, qui pugnare videtur, pertinere ad Purgationem canonicam. Mirum itaque videri non debet, si nec in ordine Romano veteri apud Alcuinum, Amalarium, Rabanum Maurum; imò nec apud Rupertum, qui longo post eos tempore vixit, quidquam de huiusmodi iuramento reperiatur; quamvis omnes ex professo scripserint de Pallio, & Galli vel Germani fuerint, vel Scotti.

Itēnque apud nos scđ receptum fuisse huiusmodi iuramentum colligimus, tot scilicet clausulis & articulis implicatum.

*Cap. 4. de E-*lect. probatur cap. 4. de Elect. cuius est autor Paschalis II. qui paucis annis lect. plenissime post Gregorium VII sedet: ubique multis rationibus, quasi rem nouam, adstruere nititur huius Sacramenti introductionem. Quod quidem caput non pertinere ad Panormitanam Ecclesiam, aduersus Baronium rectè Scriptor de Iure antiquo Ecclesie Sicule probauit parte 2.

cap. 17. & 18. Deceptus fuerat Baronius ex corrupta inscriptione, & malè existimauerat duas Decretales epistolas ea de re scriptas à Paschali. Nec tamen ad Poloniensem, vel Colonensem, sicut legitur in quibusdam M. S. Archiepiscopum scripta est. Sed corrupta lectio nos deducit ad veram. Legendum Colocensi vel Colociensi Archiepiscopo; & ad Hungariam pertinere integri verba Rescripti conuincunt, quæ Baronius ad annum 1102. numero 5. 6. & seqq. & Antonius Augustinus retulit inter omessa notarum Collectionis 1. ibi: nunquid Hungarico Principi dictum est?

Deinde quod dicitur in integra, *damnationes*, *sive depositiones*, & *translationes* Episcoporum, *natu regio apud eos præsumi*, designat *con-suetudinem Regni Hungariae*, vbi Regis autoritate hæc omnia fiebant: *imò & Electiones & Inuestiture*, vt suprà ostendimus tit. de Elect. Concessit verò Alexandro III. Bela Rex de consilio Optimatum & Episcoporum, quod *absque autoritate & consilio eius*, vel *Successorum suorum*, *depositiones seu translationes Episcoporum non ficeret*, vel fieri *permitteret*. Belæ Diploma extat inter Acta Alexandri III. pag. 196 in fine Tractatus nuper editi, *De Concordia inter Alexandrum III. & Fridericum I.* emendatiūs, quām apud Baronium ad annum 1169. num. 40. & 41.

Postremò ad Hungariam pertinere probant hæc verba, quæ in *integra*. *Nunquid non ultra vos Daci consistunt*, &c. Dacorum exemplum Colocensi Archiepiscopo obiicit, velut finitimorum, ab Urbe tamen Romana remotiorum. *Colocia* in Pannonia, sive Hungaria inferiori ad ulteriore Danubij ripam, Dacis proxima, iis maximè qui vulgè Transsyluanii. Nam & quidam Episcopatus in Transsyluania parent Colocensi Metropolitano.

Qui nuper Notitias Siciliensium Ecclesiarum scripsit vir doctus Abbas Netinius, anxiè laborat ut ad Panormitanum Archiepiscopum dicta verba referat: sed frustrè. Pluribus paginis hoc egit, ne d. cap. intelligeret.

Quod verò obiiciebatur in d. cap. 4. Pallij concessionem futuram conditionalē, *sub conditione Iuramenti*, & per consequentias irritam: spiritualia enim & actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem: rectissimè Glossa notat, & exemplis confirmat, tum iuris ciuilis, tum canonici, ea quæ sunt de natura & substantia alicuius actus, quamuis efferantur verbis conditionalibus, non tamen facere conditionem. Tacitè enim insunt, & ipso iure. Quod ex Collectionis 1. Interpretibus M. S. sumptum. Huiusmodi verò est illud Iuramentum, cùm nihil in eo contineri dicat Pontifex, quod non etiam, præter exactiōnem, debeat ab omnibus Episcopis obseruari, qui sub Apostolica Petri & Pauli obedientia decreuerint & unitate persistere. Quæ verba Paschalis II. malè à Raymundo detracta. Eamque in rem utilis Iuonis epist. 73. Quæ culpa est, inquit, si exigitur quod debetur, & quod debetur exhibetur? Calumniabantur enim quidam Iuonem, quod ante Benedictiōnem Abbatis, Obedientiam exigi posse contenderet. [Adde præterea explicationem loci ex Euangelio, *Si amas me, pasce oves meas*, ex S. Chrysostomo & Theophylacto.]

Obseruandum similem præsumptionem Panormitani Archiepiscopi notari in cap. 3. hoc tit. cum quo debet iungi caput 3. & 4. extra de officio Legati. Species est huiusmodi. Gualterus Troianæ primū Ecclesiae Episcopus, & Regni Siciliæ Cancellarius, apud Cencium Cardinalem Sedis Apostolicæ Legatum efficerat, vt de Troiana Ecclesia transferretur in Panormitanam Ecclesiam, inconsulto Pontifice: & ita de facto translatus est; quia de iure non potuit transferri à Legato, sine mandato speciali Pontificis cap. 1. in 111. Collectione de Officio Legati, & supra tit. de Translatione. Antequam verò approbasset Inno-

centius III. irritam huiusmodi Translationem, & Pallium de more concessisset; Archiepiscopi & nomen & dignitatem præsumpsit Gualterus; & tam spiritualia quām temporalia administravit. Quare aduersus eum commotus Innocentius irritam & nullam esse Translationem declarauit: ita enim legendum ex antiqua, *Nolumus ratam laberi: malè in quibusdam editionibus, volumus ratam haberi.* Postea verò cùm in contumacia persisteret Gualterus; & sperneret frequentia Pontificis monita: non tantūm Archiepiscopatu Panormitanu; sed etiam Troiano Episcopatu in perpetuum priuatus est. Et ne villam spem veniae relinqueret, in vtrāque Sede Episcopos Innocentius III. constituit. Quamuis in exemplum trahi non debere hanc severam animaduersionem, sicut Electionem, & Consecrationem Episcoporum nutu proprio Pontificis factam in vacantibus Sedibus doceant *Gesta Innocentij III.* quibus euidentissimè multa alia delicta, maximè perfidia Gualteri explicatur: & *instissimum motum* fuisse Innocentij III. vt ipse loquitur, tam aduersus Gualterum, quām Legatum ipsum declarant *eadem Gesta pag. 13. 17. 18. 20. & 24.* Præterea notauiimus supra, Innocentium III. *Ballum*, siue tutelam Friderici II. Regis Siciliæ fuisse: tum iure legitimæ tutelæ; *quia capitalis dominus fendi*: tum etiam testamentariae; *quia testamento Constantiae matris Tutor datus fuerat.*

Suzerain, quem
etiam Dominum
num Principa-
lem vocauit su-
pra pag. 155.

Addamus & quartam. In concessione & inuestitura Regni Siciliæ à Pontificibus Romanis facta, ex quatuor capitulis exceptis, vntum illud erat, *ne ullus Episcopus, antequam auctoritate Pontificali confirmatus foret, administrationi se ullatenus immisceret,* Innoc. III. lib. I. Registri epist. 408.

In Concessione Pallij, vel confirmantur vetera priuilegia, vel noua conceduntur. IN CONCEDENDO verò Pallio, præter nomen Archiepiscopi, antiqua Priuilegia Ecclesiæ confirmantur: quare de consuetudine, & vsu constare debet Pontifici can. 9. 10. & 11. Dist. c. Gregorius I. epist. 116. lib. 7. Registri, Nicolaus I. epist. 47. Fulbertus lib. 1. epist. 47. vel noua conceduntur. Per desuetudinem & negligentiam Privilegia amitti solent, Leo IV. loco singulari, de Altheo Episcopo Augustodunensi apud Iuuenem parte 4. cap. 210.

Vetus tamen concessio Pallij & Priuilegia aliquando concessa, licet per desuetudinem abolita; facile reparantur & reformantur Gregorius I. in fine dictæ epist. & Ioannès VIII. epist. 24. vbi de restituto priuilegio Adalario Episcopo Augustodunensi, de quo Aymoinus lib. 5. cap. 33.

Ex quibus etiam locis, primam Concessionem Pallij & Priuilegiorum difficilem esse colligitur, & confirmatur Bernardi locis in vita Malachiæ Armachani Metropolitani cap. 10. 11. & 16. vbi ita Innocentius II. loquitur: *De Palliis autem oportet solemnius agi, conuocatis Episcopis, & Clericis, & maioribus terra. Conuocabitis generale Concilium, & sic connuentia, & communi voto uniuersorum, per honestas personas requiretis Pallium: & dabitur uobis.*

Priuilegia vero, quæ solent concedi, sunt huiusmodi. Vices suas aliquando Pontifex concedit; vel quædam sibi specialiter reseruata tribuit:

buit: quæ quia ab arbitrio Summi Pontificis pendent, definiri non possunt, ut constat ex locis supra citatis.

Quin & aliquando Metropolitanus vel Episcopus, cui conceditur Pallium, eximitur à iurisdictione Primatis & Metropolitanus, præcipue in causis criminalibus; & soli Romano Pontifici subiicitur, ut in epistola 47. Nicolai I. & epist. 15. Adriani II. Actuando Nannensis. Theodulphus Aurelianensis Episcopus in epistola, scripta ex carcere ad Medoïnum Episcopum Augustodunensem, ex qua constat euidentissime, in crimine læsæ maiestatis huiusmodi priuilegia Exemptionis cessare. In simulatus enim fuerat apud Ludouicum Pium coniurationis aduersus eum initæ à Bernardo Rege Italæ: nec obstante priuilegio Exemptionis à Pontifice in concessione Pallij concesso, Synodali Decreto Episcoporum Galliæ depositus fuit cum duobus aliis, & Monasteriis inclusi fuerunt: & quidem Theodulphus Andegauis, Eginhardus pag. 262. tom. 2. Historie nostræ, Aimoinus lib. 4. cap. 106. Ab Electis scilicet Theganus p. 280. Omnes indicati sunt ad mortem, preter Episcopos, licet Iudicibus qui postmodum depositi, in confessione eorum facti sunt. Quæ postrema & Confessoriæ verba notatu digna alio loco explicabimus, in iure confessi, & damnati sunt: quo pertinent hi versus Theodulphi.

Non ibi testis inest, index nec idoneus ullus:

Non aliquid crimen ipse ego fassus eram.

Esto forem fassus; cuius censura valeret,

Dedere iudicij congrua fræna mihi?

Soli illud opus Romani Präfulis extat,

Cuius ego accepi Pallia sancta manu.

Notauimus tamen supra, ex sola concessione Pallij exemptionem à iure Metropolitanorum vindicari non posse; ne in criminis causa quidem, secundum ius commune Ecclesiæ; quod renouatum & firmatum est can. Nicen. 7. & Chalcedon. 12. iuncta Actione 6. Quibus ex locis constat, concessa alicui Episcopatui prærogatiua honoris, & quod per ipsum nomine Metropoleos, intelligi concessam tantum ἀκολεύσια πατέντiam Palij, post Metropolitanum, inter & supra reliquos Suffraganeos dicitur. Episcopos. Ad hoc tantum vindicare potest τὸ Μαρκοπόλεως αἵρεσις, Hec ergo cum ἔργῳ μόνῳ, συζημένῳ τῷ καθ' ἀλιθίαν Μαρκοπόλει, τῶν ἀκέλεων δικαιωτῶν oīnēzou reddere debere. ἀξιώματος.

Conuenienter huic iuri piissimus Imperator Marcianus in Chalcedonensi Synodo in fine Actionis 6. à Patribus Concilij benignè impetravit Episcopatui Chalcedonensi nomen & honorem tantum dignitatis Metropoliticæ; non imminuto iure antiqui Metropolitanus, τωζουμένου ή τὸ Νικομηδεῖον Μητρόπολες τὸ ιδίου αξιώματος.

Opus foret singulare concessione & Priuilegio; in quo obtinendo consensus antiqui Metropolitanus, & Principis desideraretur; qui nunquam aduersus seipso priuilegia concedere intelliguntur: præcipue cum de perduellionis crimine agitur, in quo, cestantibus priuilegiis omnibus, æqua conditio est l. 3. & 4. C. ad leg. Iuliam maiest.

Indicatur Theodulphi versus doctissimus præceptor Costa; illustravit discipulus.

Recentiori exemplo superiora confirmamus, ex sola concessione Pallij Episcopos nullam posse obtendere exemptionem in qualibet causa aduersus Metropolitanum. *Rescriptum ea de re Gregorij XI. ad Carolum V. Regem nostrum*, vel certè veterem eius versionem Gallicam, bona fide, ex *Registro M. S. Epistolarum* Gregorij XI. beneficio doctissimi & humanissimi Quercetani exhibemus. Rex & Pontifice duo simul, exemptionem à Senonensi Metropolitanano, & ius Pallij postulabat.

Tū d^o p^reg^r m^{is} t^{er} d^o d^o v^{er}it^{er}.
Exemptionem denegauit; Pallij vsum concessit.
Em Rescripti verba lectu dignissima.

REGI FRANCIE.

GREGOIRE &c. Tres-cher fils en Dieu. Comme par ton Cheuancheur porteur de cestes, tu nous eusses moult affectueusement écrit que l'Eglise de Paris voulussions exenter de l'Archevesché de Sens, & octroyer à l'Evesque de Paris qu'il pust user de Palle. Plaise sauoir à ta Serenité, que combien que nous voudrions à toy complaire sur tous autres Princes, & ayons aussi especial affection à ladite Eglise de Paris, & à la personne dudit Evesque: neanmoins consideré que l'Eglise de Sens est moult ancienne & noble, que iadis fut illuec le principal Siege du Royaume, comme est de Present à Paris; attendu aussi que de sainte memoire Pape Clement nostre predecesseur & oncle fut Archevesque d'icelle, & nous y tenismes iadis vne des meilleures Dignitez: nous n'avons pas eu conseil, quant à present, de la greuer, ne de faire ladite exemption; & mesmement que l'Archevesque ne superhabunde pas en richesse, & aussi que l'Eglise de Paris est encore bien petitement douée. Toutefois pour contemplation de ta Royale Serenité, qui fait à Paris communement son siege & residence, considerans la preeminence du lieu, qui est Chef de tout le Royaume, & la noblece de l'estude tres-excellent; nous auons otroyé audit Evesque, pour luy & ses Successeurs perpetuellement, que à la reuerence de Dieu & de sa glorieuse Mere, & à l'honneur & exaltation d'icelle, ils puissent user du Palle, en la forme accoustumée, si comme par nos Lettres patentes puet apparoir, &c. Donné à Anaigne le viij. iour d'Octobr:.

Constat præterea ex hoc *Rescripto*, quod & supra obseruauimus, in huiusmodi Palliis & priuilegiis, Imperatorum & Regum consensum desiderari à Pontificibus; ne quid eis inconsultis innouetur contra

AD LIBRI I DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTOR. &c. 237
publicum statum Ecclesiarum: cuius, ut agnoscunt ipsi Pontifices, Imperatores & Reges, nostri presertim, Adiuvati appellantur; Defensores, & Protectores.

Iisdem etiam priuilegiis excidunt Episcopi, nisi Pontificum iussionibus & mandatis obedientes fuerint; ut nominatim exprimitur in dicta epist.
47. Nicolai I. cui respondet Hincmarus epist. 2. editionis Parisensis.
Exemplum illustre habemus in Actis Alexandri III. nuper editis ad calcem Narrationis Concordie inter Alexandrum III. & Frider. I. pag.
174. in qua clementissimus alioqui Pontifex, Papiensem Episcopum Crucis & Pallij dignitate priuauit, eo quod Civitas eius Octaniano Hareliarcha, ac Friderico Imperatori excommunicatis adhaesit: & post satisfactionem prestatam, eundem Fridericum in grauem iacturam Ecclesie ac Lombardorum, presumpsit in Italiam renocare.

Quia autem in Pallio conceditur nomen & dignitas Archiepiscopi, & per consequens aliquid spirituale; simoniacum est aliquid accipere pro concessione. Quod primò constituit Gregorius I. Ante illum non nisi dato commodo dabatur, Gregorius ipse lib. 5. Registri epist. 15. & 55. ex qua can. 3. Dist. c. Ioannes Diaconus in eius vita lib. 3. cap. 5. Quam Constitutionem innouasse Leonem II. in eius vita refertur. Et postea Zacharias, eo nomine à Bonifacio Moguntinensi admonitus epist. 143. inter Bonifacianas: in qua pluribus verbis huiusmodi simoniæ suspicionem procul à se amouet. Xenia duntaxat modici pretij tolerantur; quæ tamen Gregorius statim erogauit pauperibus dicta epist. 15. lib. 4. in fine; quibus valde illustratur cap. 18. de Simonia. Qualia verò sint illa xenia, memorat Autor sacrarum ceremoniarum cap. de Pallio in fine.

Non dissimilem abusum Patriarcharum Constantinop. in confirmatione Metropolitanorum obiecit in Synodo Chalcedonensi Eusebius Ancyrae Metropolitanus in fine Actionis 16. Maiorem & intolerabilem abusum Patriarchæ Alexandrini Theophili severissimè reprehendit Scriptor elegantissimus vita Ioannis Chrysostomi Palladius cap. 15. cui adstipulantur Socrates & Thedoretus.

Hactenus de Pallio, quod diximus fuisse proprium insigne maiorum Episcoporum, Alcuinus lib. de diuinis Officiis, Pallium ait nihil aliud esse, nisi discretionem inter Archiepiscopum & eius Suffraganeos. Pallij largitionem, missionis à beato Petro & Sede Apostolica signum, ait esse Rupertus lib. 1. de diuinis Officiis cap. 27. Initium ergo fidei habentes ab Apostolica Sede, regulam hanc Metropolitana obseruant Ecclesia; ut neminem habeant Pontificem, nisi ab eadem Sede missum, à qua primus illis Pradicator fidei missus est. Illa autem missio supradicti Pallij largitio est. Itaque ante impetrationem Pallij denegatur Archiepiscopi, vel Metropolitani nomen & Dignitas.

Quamvis hæc ita se habeant regulariter; ex singulari tamen V. & vlt. Pars. priuilegio Pontifices usum Pallij quibusdam Episcopis concesserunt. De Pallio quo busdam Episco-

Et quidem Ostiensi Episcopo concessisse Marcum Pontificem, omnes pis concessso. qui de Pallio scriperunt narrant: ita tamen vt anonymous Scriptor

Consecrationis Paschalis II. supra citatus, & Robertus de Monte in Supplemento Sigeberti ad annum 1181. testes sint, Episcopo Ostiensi non nisi in Consecratione Summi Pontificis, & ad hoc tantum Pallio uti licuisse.

Verum quid vniuerso hoc ceremoniarum & rituum genere mutabilius? Sanè Anonymus ille ceremoniarum Magister, quem sub Sixto IV. eo munere functum diximus d. tit. de *Consecrat. Benedict. & Coronat. R. Pont.* postquam confirmauit Consecrationem Romani Pontificis ex antiquis Patrum Constitutionibus ad Ostiensem Episcopum olim spectauisse, eumque in illa Consecratione Pallio usum fuisse; & ei Portuensem Albanensemque Episcopos adserere consueuisse; paucis interiectis subiicit. *Iampridem introductum esse, idque ad tollendas, ut arbitratur, contentiones: ut prior Episcoporum Cardinalium, cum duobus ex senioribus Episcopis, id munus obire debeant, &c. siue suis temporibus seruari se vidisse; ut non habeatur ratio Ecclesiarum, sed prioritatis Episcopalis.*

Inter cæteros autem Episcopatus, quibus usum Pallij summi Pontifices indulserunt, Durandus c. 17. lib. 3. *Rationalis diuinorum Officiorum* recenset Aniciensem in Gallia: Ostiensis in *Summa* §. cui concedendo, hoc tit. cum Aniciensi Papiensem in Lombardia, & Massanum in Regno Neapolitano; ex veteri, inquit, consuetudine Ecclesiarum suarum: Anonymus ille Magister ceremoniarum cap. 5. lib. 1. & Auber-tus Miraeus in 4. & 5. parte *Notitiae Episcopatum totius orbis*, & Lu-censem in Thuscia, & Papiensem, seu Ticinensem in Lombardia, & Bambergensem in Germania: quibus adnumerari potest ex cap. cum in iuuentute extra de *Præsumpt.* Quinquecclesiensis in Hungaria: [in specie cujus tamen Capituli non Ecclesiæ, sed personæ concessum propter prudentiam & probitatem singularem dici potest.]

Antiquissimum Augustodunensis Ecclesia Priviliegium.

Ego vero exempla longè antiquiora addo: quorum præstantissimum est, de concessione Pallij facta à Gregorio I. Siagrio Augustodunensi Episcopo, ad petitionem Brunechildis Reginæ, & propriis meritis ipsius Siagrij erga Sedem Apostolicam, quæ Gregorius agnoscit epist. III. 112. & 113. lib. 7. *Registri*; ex quibus sumpti sunt canones 2. 5. & 9. *Dist. c. & canon Episcopos Dist. xvii.* Cuius priuilegij meminit Petrus Damiani epistola supra citata, *epistolam* 5. libri 7. Gregorij I. innuens. Quare Siagrij & Ecclesiæ Augustodunensis priuilegium eorum numero censetur, quæ vulgo dicuntur inclusa in corpore iuris; & per consequens probatione non indigent.

Notauimus etiam supra, confirmationem huiusmodi priuilegiorum longo post Gregorium tempore Adalgarium Augustodunensem Episcopum obtinuisse à Ioanne VIII.

Priuilegium vero non tam fuit personale in gratiam Siagrij, quam reale in gratiam Augustodunensis Ecclesiæ ratione Sedis: ideoque perpetuum, ut Metropolitæ suo per omnia loco & honore seruato, Ecclesia Cinitatis Augustodunæ post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat, & hunc sibi locum ac ordinem ex nostræ autoritate indulgen-tia vindicare, dicta epist. 112. ad Siagrium: recte, salvo priuilegio & inre Metropolitani.

Idemque reperio Metensi Ecclesiæ concessum; quod tamen, in consulo Treuerensi Metropolitano, à Papa non potuisse concedi contendit Bertolphus Treuerensis aduersus Vvalonem Metensem Episcopum, qui à Ioanne VIII. Papa non tantum impetrare Pallium, sed etiam gestare præsumperat, absque Metropolitani sui consilio & licentia: quamuis additum fuisset, *salua tamen in omnibus Metropolitani iurisdictione.* Quam controuersiam Hincmarus Remensis composuit. Compulsus est enim Metensis Episcopus præstare obedientiam Metropolitano suo, ut plenus constat ex fragmento historiæ Treuerensis Ecclesiæ, quod ex M.S. Cod. exscriptum habetur ante Opuscula ipsius Hincmari *Lutetia edita*, & Tomo 2. *Libertatum Ecclesia Gallicum*, cap. 12. numero 2. in notis: & ex Historia Metensem Præsulum in vita Vvalonis: vbi hæc verba notanda sunt. *Ex cuius rei enarratione*, id est ex Pallij impetratione, ait explicandum, cur Metenses Episcopi nomine Archiepiscoporum intitulati leguntur: saluo tamen in omnibus Ecclesiæ Treuerensis priuilegio. Quod multò pòst Calixtus II. in concessione Pallij Stephano Metensi Episcopo facta nominatim addidit, dicta Historia Episcoporum Metensem in Stephani vita. Constantissime enim Treuerenses Metropolitani ius suum aduersus Metenses Episcopos defenderunt, qui non tantum occasione Pallij, sed etiam splendore natalium, & Apostolicæ Legationis prætextu, sese subducere iurisdictioni Metropolitani frustrâ tentauerunt, dicta Historia in Drogonis & Stephani vita. Nam Drogonis Legationem sine effectu fuisse, & ab Episcopis Gallicanis reiectam, testis est Hincmarus Remensis epist. 6. ca. 30. Et Calixti II. Rescripto à Stephani Metensis, quamvis Legati Apostolici, potestate Bruno Treuerensis est absolutus, dicta Historia in vita Stephani. Nec dubitamus tamen aliquibus Episcopis Metensibus vnà cum Pallio nomen Archiepiscopi tributum, ut de Angilramno, & aliquibus aliis Synodus Francford. can. 55. & Paulus Diaconus de Episcopis Metensibus, Angilramno Archiepiscopo.

Aduersus similem præsumptionem quorundam Galliæ Episcoporum, qui Pallium indebitè à Romana Sede poscebant, Metropolitanos suos tali spernentes tenore, non contemnendum superest vestigium in quadam epistola Hadriani I. ad Bertericum Viennensem Archiepiscopum in antiquitatibus Cinitatis Vienna, de qua nos admonuit vir amicissimus & doctissimus Ph. Loyaulté. Vnde vnde fuerit excerpta, redolet antiquitatem. Inter alia monuimus eum, id est Carolum Magnum, de Metropolitanorum honore, & de Cinitatis quæ laicis hominibus tradita erant. Et quia iam Archiepiscopalnis Dignitas per octoginta annos à Francis esset conculcata. Et post pauca. Nec præterea prædicium villa Metropolis patiatur, si alicui Suffraganeorum aut nōs, aut Prædecessores nostri, rogantibus Piis Ducibus Francorum, Pallium largiti sumus. Nec debet Ecclesia ullum damnum sustinere, si per sexaginta aut septuaginta, &c. Cum hac epistola Hadriani valde convenienter quæ Hincmarus in epistola 2. editionis Parisiensis sub finem. Præualuit ambitio & corruptela, de qua postea conquestus est grauiter Fulco Remensis Archiepiscopus epistola ad Formosum Pontificem scripta, & huiusmodi irrationali petitioni ait, tam sc̄e, quam omnem Ecclesiam precari, ne Pon-

tifex sine generali assensu & litteris consentiit: generali, totius Ecclesiae Gallicanæ, vel Metropolitani saltem & reliquorum Suffraganeorum Provinciæ, Flodoardus lib. 4. Ecclesiastice Historia Remensis cap. 1. in fine.

Iure enim veteri antequam Pallium concederet Pontifex ad petitionem Regum, diligenter inquirebat, num Episcopus, cui à Rege petebatur, sub alicuius Archiepiscopi iurisdictione esse videretur. Quam in rem locum insignem indicauit nobis V. C. & doctissimus Petrus Puteanus ex epistola quadam Hadriani Papæ ad Carolum Magnum. Iuuabit integrum adscribere. Reperimus quippe in regalibus affatibus vestris, ut Prælato Ermenberio Episcopo, Pallium Sacerdotalibus insulatis decoratum, ex Apostolica autoritate concederemus; quia Civitas Metropolis in Aquitania videtur esse patria, quæ Bituricas nuncupatur, ubi nunc præfatus venerabilis vir præesse dinoſcitur, curimque pastoralem diuinus exercere videtur. Quatenus ignorantes, si canonice in Provincia paribus illis iam ordinatus, tam à Prædecessoribus nostris, quamque à nobis fuisset, enucleatiū eum indagari curauimus, ne usurpationis locus antiquis Sacerdotibus in alterius iure concedatur. Qui præfatus sanctissimus vir nobis confessus est. ut sub nullius Archiepiscopi iurisdictione esse videretur.

Eandem ob rem Anselmus Cantuariensis intercessit apud Paschalem II. ne Londinensi Episcopo concederetur Pallium, tum propter nimiam eius potentiam; tūm quia Dominæ vrbis erat Episcopus, in qua primū Sedes Metropolitana constituta initio ab Augustino; tum etiam quia Londinensis Episcopus est Decanus Ecclesie Cantuariensis. Quidam namque concinnabant, sub hac specie boni Primatus Cantuarie dignitatem humiliare, Anselmus lib. 3. epist. 152. quam & Historia sua inseruit Eadmerus lib. 4.

Vide Ioannis Insignis etiam controuersia super eodem negotio diu fuit agitata X. epistolam, & inter Archiepiscopum Turonensem & Dolensem Episcopum, qui valiam Leonis rō prætextu, maximē verò occasione Pallij se gerebat pro Archie IX. super ea p̄scopo Britanniæ. Imò clausulam hanc solennem, de qua supra, erasē controuersia, & rat ex Gregorij VII. r̄scripto, in datione Pallij, ut tam idem Do præterea Relensis, quam cæteri Britanniæ Episcopi perpetuam deinceps subiectiōnem mense Conci & obedientiam exhiberent Archiepiscopo Turonensi. Ildeberti tūm Tullium sub Leonensis Archiepiscopi epistolam super ea lite, quam ex Cod. ne IX. tomo 3. M. S. mihi communicauit idem amicus noster Ph. Loyaulté, qui Concil. Gal. reliquas breui editurus est, repræsentare commodius putauimus. parte 2. pag. Iustum est eum spem de reliquis amittere beneficiis, qui gratia 212. & pag. 988. rum actione nec primum prosequitur nec secundum. Vnde & & seqq. in ap ego, quia quas debui, gratias non egi de præteritis, minus spero pendice eiusdem de futuris. Ut autem sperare debeam vestra facit benignitas, cui tomo 2. Histo soleme est benefacere vel ingratias. Præterea non vestram latet ria Franc. Scri prudentiam, venialiter eum esse ingratum, qui cum ex impossibili Duchesne bilitate benefactorum vicem non reddit, habet plenam reddendi de statu Ecclesiæ facultatem. Licet igitur ingratitudinis merear argui, tamen adhuc siarum Britan post Christum Domini clamo, post patrem Turonensis Ecclesie

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VIII. DE VSV ET AVTOR. &c. 241
lachrymas sic expono. Baudricus Episcopus, vel Archiepiscopus niae nostræ; &
Dolensis Ecclesie discessit. Eum indebet Pallium habuisse. Occi-
dentalis Ecclesia non ignorat. Docet hoc etiam Pontificalium Ca-
talogus Ecclesiarum, nullam omnino faciens de Dolensi Ecclesia
mentionem. Vnde diligentius intuenti manifestum est totam
Britanniam intra limites Turonensis Ecclesie contineri. Nec ni Primatis Hi-
ego tamen super hac re, quasi discutiendam suscito querelam,
quam dudum in Romana decisam Ecclesia religiose nouerunt &
testantur Personæ. Testatur idipsum venerabilis Papæ Urbani
privilegium Turonicæ Metropoli collatum: in quo qui legit, in-
telligit totam Britanniam ei, tanquam sue Metropoli subiectam; racēsi quodam
Palliumque non Dolensi Ecclesie prærogatum, sed Personæ. Qua- Archiepiscopo,
propter ego cum tota Turonensi Ecclesia vos exoro, quatinus ad qui Dolensem
debitum præfatae Metropoli respiciatis, eique suam reformare di- Ciuitatem exul
gnemini dignitatem. In quo benè nos cognoscamus exauditos, si sibi constituit,
ei, qui in Præfata sede est eligendus Episcopus, vsum Pallij vel & in eam Pal-
lium secum omnino denegatis, vel nobis & illi diem ad agendum statuatis. transtulit.

Litem illam à multis Pontificibus ventilatam & tractatam tandem
peremptorio decreto terminauit Innocentius III. vt scilicet Dolensis
Ecclesie, perpetuis semper temporibus suffraganea plenè subiaceat Eccle-
sie Turonensi, &c. nec unquam Dolensis Episcopus ad Pallij vsum ad-
spiret Quæ sunt verba Innocentij epist. 79. 80. & 81. lib. 2. Registri.
Gesta eiusdem Innocentij pag. 29. vbi meritò laudatur Innocentij pru-
dentia & solertia in litibus perplexissimis dissoluendis.

In hac verò lite dirimenda potissimum emicuit, quæ aliquando ad-
uersus Lucium Pontificem animum Philippi Augusti exacerbauerat;
qui strenuè autoritatem Ecclesie Turonensis tutatus est Quamvis enim
Lucio Pontifice & Curiæ Romanæ Cardinalibus parum æquis vtere-
tur, Maiestatem tamen suam & illustris Ecclesie Turonensis digni-
tatem non est passus imminui, scriptis grauissimis ad Pontificem &
Cardinales literis, opera & studio vsus Stephani Tornacensis, Consi-
liarij Philippi Augusti meritò vocati. Extant inter eiusdem Stephani
epistolæ num. 129. 126. 127. 128. Quare fallitur Miræus, qui & Dolen-
sem Episcopum exemptum, & ius habere Pallij scribit. Vide quæ sup.
Tract. de Translatione.

Minus periculi vertitur in Concessione Pallij, quæ fit ad vsum & vi-
tam tantum quibusdam Episcopis; vel propriis meritis exigentibus;
vel ex gratia Pontificis: qualem fuisse Theodulphi Aurelianensis &
Quinquecensiensis, suprà ostendimus. Similis etiam, quæ Actardo
Nannetensi, de quo suprà, ab Adriano II. epist. 11. 15. his verbis.
Decus tibi Pallij solo miserationis affectu contulimus; quod non aliter
tibi, nec cuilibet absque Metropolitis concederemus; vt scilicet habeas pro-
exilio & catena Pallij ornamenta; non ad Ecclesia, cui incardinandus es,
perpetuum institutum, sed ad tuum specialem, certique temporis vsum.

Eximitur præterea speciali classala, in causis criminibus & a litigio

Metropolitanorum & Episcoporum, & Sedi Apostolicæ immediate subiicitur; sub hac tamen conditione; nisi *Apostolica Sedi ingratus extiterit*: quod aliquando Nicolaus I. obiecit Hincmaro, cui simile exemptionis priuilegium concessum fuerat, ut supra notauimus. Vide *notata in fine lib. 1. Registri Gregorij VII.* Et hæc dicta sunt exempli gratia tantum: nam plurima exempla occurrere non dubitamus.

Siue autem petatur Pallium de nouo à Metropolitanis, vel Episcopis: non tantum Episcoporum, sed etiam Regum consensum & processus requisitas fuisse probauimus; tum propter iuramentum; tum propter priuilegia & exemptiones tribui solitas in concessione Pallij. Pertinet enim ad Reges, ne quid innouetur aduersus antiquum ordinem & statum publicum; qui non tantum in Magistratibus, sed etiam in Sacris & Sacerdotibus consistit.

